Argilla terra munda: terra figuli unde vasa fiunt dicta ab argis .i. primo vase: quod ex ipso factum fuit: quod sic vocabatur: argillos dicit grecus.
Arnich .i. herba iamena boni odoris similis cinnamomo grosso.
Arpinas .i. cauda equina
Arinago grece .i. arsenicum

Artemegā quidam dicūt q̄ est laurus: quidā q̄ ē cepe: quidā q̄ est amigdola: quidā q̄ ē oliua sed prima melior.

Artriza .i. aristologia rotunda
Artris. i. adaree .i. cipressus

Artion similis est folijs verbasco: nisi q̄ irficio ra sunt caule longo molli: semine cymini. nascitur in petrosis locis: radice alba dulciq̄: decoquitur in vino ad dentium dolorem.

Articulationes .i. iuncture

Artintomia .i. arterie incisio

Artiatides .i. grana iuniperi

Arzilla. i. bedagati .i. arzolla. i. agrimonia

Arhobonari. i. egritudo in qua homo semp ridet

Armozachion. i. arhaphan? agrestis: et ē rapesta

Aromaticum. i. calamus aromaticus

Aromata sunt oīa odorifera: vñ dicunt aromata eo q̄ aris imposita diuinis innocationib? apta vi dentur: vel q̄ aerei misceri probantur.

Aromach .i. quedā confectio

Aroma idē q̄ supra .i. Aromati idē q̄ supra

Aromozchion quid est. l. l. finel

Aronis vel aaronis barba: i. aris pes vituli: aarō serpentaria minor: cantarica idem. l. l. aaron.

Aronarmeni. i. bolum vel lutum armenum

Aron. i. vsnen .i. Arphagia. i. sicca esca

Aroz .i. iris

Arosachie. i. spuma maris siccata i petra residē

Arosticis. i. egrotati? .i. Arostos. i. eger

Arotion. i. artion .i. Aroc. i. tiri

Arbor iachne quid est. l. l. bating

Arbor marie fm Huic. est buthormarien: sed falso: qm̄ buthormariē ē herba nō arbor: sic pz i. l. buthormarien: sed arbor marie est ros marinus: pro q̄ lege litterā laiera lmarien.

Arbor mella .i. riliq̄

Arbor comuta idem quod supra

Arbor grani viridis est arbor terbenitine: et ē zap pinus: vt apparet in. l. l. bothin.

Arbor masticis est lentiscus

Arbor ductili .i. palma.

Arbor vulpis .i. liquiricia

Arbor granati siluestris: quid est. l. l. darisaban

Arbor abrahe .i. agnus castus

Arbor cinicum .i. frassinus

Arbor tremula. i. arbor granati siluestris

Arbor gummi arabici: quid est. l. l. Lamgailem

Arbor cuminum .i. vlmus

Arbor glandifera: quid est. l. l. bullos

Arbor thuris: quid est. l. l. ronder

Arbor que dicitur populus: quid ē. l. l. baur

Arbor sebesten: quid est. l. l. sebesten

Arcos. i. princeps: inde poliarchion. i. plures principatus obtinens.

Arcotica .i. distractoria

Arcos .i. podes anus

Arcondos .i. iuniperi fructus

Argomela. i. valctina: alij serpillum maiorem id est valeriana.

Armoziaca .i. semen rapeste.

Armozatia. i. rapesta siluestris lapsane: et est rha phanus agrestis.

Armoniacum. i. genus mali granati

Armola. i. armel: et est spēs rute q̄ dicit molī fm

Dias. cap. de ruta.

Armoniacum quid est. l. l. nasach

Armoni. i. figura lupi

Cap. 61.

Arnoglossa id est plātago

vel quinqner

nia: vel lingua arietis latine: grece ar

noglossos: ara. lisen albamel. Arno

glossa. i. plātago: cui? tres sunt spēs. vna est semia

cuius folia sūt lata habētia q̄ si fila i fractura sua

Alia est hñs folia stricta: que lanceola vocatur: et

est masculus. et hz folia vel neruos in fractura sua

vt supra: et ob id quinqneruia vocatur. et hñt sti

pitem mediū seminibus plenū: fri. et sic. in 2. gdu

Est alia spēs que vocat plātago aquatica: p qua

l. l. barba .i. aggre. cap. lisen. i. lingua

siluana. **Sera.** arietis: et est plātago. Et ib

iungit auc. Dias. dicit aut arnoglossa: et ei? expo

sitio est lingua agni: id ē q̄ greci arnon agnū vocāt

et glossos lignam. Et dñ etia? eptapleuros. i. septe

costas hñs. nā in folijs eius sūt. vij. coste: ab epta in

greco. i. septe et pleuros costa: qz hz septe neruosi

tates manifestas in similitudinē costaz latez aia

lium. Cuius due sunt spēs. i. maior et minor. hz mi

nor hz folia subtiliora: et minora et leniora q̄ folia

maioris. et habet virgā que inclināt versus terraz

multos ramulos hñtem. et flos eius est croce? et se

men eius est in radice lingue. i. folij. Maior vero

hz virgas asperiores: et folia lata similia oleribus

que comedunt. et virga eis est angulosa ad rube

dinē declinans. cuius lōgitudō est vñ? brachij: su

per quā est semē in figura sua a medietate ipsius

supra. et hz radices molles: et plures supra quas sūt

pili albi vt grossitudo digiti. et repitur i locis lapi

dosis: et humidis: et vallibus: et hortis: et in pratis

et illa qdē maior est ma **Dia.** cap. arnoglos

ioris virtutis q̄ minor.

fos: siue eptapleuros nomē sūpsit a similitudine

agnine ligue. nā greci arnon agnū appellāt: et glos

fos liguā: siue rursus q̄ sepe adnata hēat germia

in lōgitudie septe laterib? similia: et id eptapleurō

vocat. Eius genera sūt duo. vñ dñ polipleuron

est etiā aliud sed minus. Min? vero habet minuta

folia: et angusta: et lenia. virga ei? multos habet an

gulos inclinata ad terraz: flore viridem hñs: et se

men sup ipam virgam. nascit vero in cardiarijs

locis. Alterū genus plantaginis folia habet lata: et

ornatioza: et neruosa: huius virge angulose sunt et

ruse: habētes lōgitudinē vñ? cubiti: et a media vir

ga vsq; sursum semine est plenuz. radices multas

et teneras habet: et asperas: et albas: in grossitudie

vñ? digiti. in locis aquosis nascit: et in vallib?: et in

hortis: et in pratis: meli **Sal.** vi. sim. phar. ca.

oz est nñ q̄ est maior. de arnoglossa.

Arnoglossa siue plātago maior: bec planta mixte

complexionis ē. habet enī qd aquosum frigiduz

habet autē qd et austreū: qd est terrestre frigiduz

et siccum quare in frigidat: et deficeat: et f'm ambo secunde e abstatie. quecuq; aut cu stipitate pbar maca deficcant oibus malis veteribus vlcibus: et rheumatibus et putrefactionib' pueniunt: et id etia dysenterijs. na fluxus sanguis figut: et si qd pusti est refrigerat: et consolidatiua simul sut maloz vlcis tñ recentiu qd veterz. In oibus aut huiusmodi pbar macis vel pma vel nulla vltia arnoglossa est ppter pportionē cōplexionis. na et siccitatis partū cipat et frigiditatis nō stupefaciue: sed et fructus eius et radices consimilis virtutis sūt: nisi qd sicci ores et minus frigide: sed fruct' qdem plus sūtiliū partū est: radices vero plus grossarū. ipsa aut folia herbe deficcate plus sūtiliū partū: et nimis frigide sūt virtutis: eius exalata et euaporata supfluitate aquosa. ipsaz ppterea qd ergo radicibus qdā ad dētiū dolorē vtunt' mastitando. et lotionibus ipaz decoctaz ad opilationes et epatis: et renū vtūtur eis: sed et folijs: et multo magis adhuc fructu. participāt aut hec omnia abster sine virtutis: quātum decet ea f'm esse. et in ipsa herba putatur superari tñ a multo. **Posse.** Arnoglossa est vtilis ad siccā dū vulnera: et mundificandū putredinem eoz. epar cōfortat. repugnat sacro igni: ne corp' ambiat. valet etiā emoroidib'. oēm dolorē qui est ex ignis adustione refrigerat. Succus ei' cū albu mine onī sumpt' liberat ictericū. vtilis ē emoptoicis et dysentericis. et quib' fluunt mēstrua vel emoroidē. vulnera pulmonis curat. radix ei' in aqua cocta dolorē dentiū mitigat. si os ex illa aqua laueatur. Succ' ei' valet cōtra opilationē renū. de let maculas nigras et stringit sanguinē. herba ipsa masticata dolorē dentiū tollit. vulnere circa oculū vel nasum succus eius cū lana p nouē dies apponitur. succus eius dat' quartanario ante duas horas accessionis cōfert. valet etiā. **Sera.** ad vulnera recentia cū arungia. **Bera.** cito ritate Bal. Virtus ei' est que incarnat et confert vlcibus corrosiuis oibus: et putredini eoz. Et ppter hoc cōfert vlcib' intestinoz: et incarnat fistulas: et alia vlcera antiqua. et semen eius et radix sūt ppiū huic virtuti: nisi qd sūt sicciōra et fortiora et semē eius est subtile multū. et radix ei' ē grosse substantie. et ipsa cōfert dolori dentiū quādo masticat: et quādo fit collutio oris cū aqua ei'. et semina quidē et folia et radix sunt aperitiua opilatōis epatis et renū propter absterfiones que est in eis: nisi qd semē eius est fortius in hoc satis: qd in oib' istis est virtus que astringit satis. Et fortasse ē virtus in hac herba dum est recens: nisi quia vincit ab humiditate qd est in ea. vñ nō est manifesta sua operatio ppter suā victoriā humiditatis. et qñ deficcāt folia eius sit virtus ei subtilior et minus frigida: qm aquosa superfluitas que ē in ea resoluitur et destruit. Et idē anct. Albx. Arnoglossa retinet ventrē qñ bibit et sit clystere cū ea. et cōfert febribus tertiane et quar. **Dias.** capitulo de Arnoglossa cataplasmatib' adhibita sordida vul

nera purgat. et rheuma siccat. pfluensib' sanguinem occurrit. maculas nigras et epinticas curat et cicatrices vulnez facile ducit. semen eius tōsus et in puluerem redactum et vulnere aspersum ipz sanat. chironib' vulnerib' medicat. vstionibus singulare presidium est. morib' canis auxilium pstat et tumoribus: scrofis maxie si cū sale imponat. Cocta vero folia ipsi' cū aceto et sale dysenterijs et ciliacis opitulant: maxie si cum lenticula adhibeatur. hydropicis cocta succurrit. epilepticis et asinaticis prodest accepta. succ' ei' sordida vulnera oris purgat gargarismo. cum cimolea et absinthio succ' mixtus ignem sacru' extinguit. fistulas p clystere si adhibetur medet. dolori aurium infusus ita prestat. dolorē oculoz inunct' tollit. succus ipse. collyrijs necessarie miscet gingiuis sanguinem abstinet. pificis et sanguine reijciendis necessarie adhibet. dysentericis per clystere adhibet' maximū presidium est. offocationes stericas cū lano adhibitus soluet. matricis rheumatismum similiter suspedit. semen vero eius cum vino bibitum solutionē ventris stringit. et reijciendis sanguinem mire pdest: herba ipsa cū vino vel aceto id prestat. Elixatura radices eius omnia similiter facere pōt. cruda cōmasticata dentibus dolorē tollit. renū dolorē et vesice mitigat. dicunt alij qd tres radices ei' i vini cyathis trib': et aque cyathis trib' elix: et comeste et bibite se. tertianas curat: simili modo et quatuor radices eius quarta nis mederi. Multi dicūt radicē eius collo suspensam scrophas nasci nō dimittere. Minoz vero plantaginis succus collationi dat' oris ex folijs: et sanguinantes ginginas curat. Itē succus tepescit' fomēto ventris dolorē tollit. Succus bibendus est eis qui purulēta reijciunt cū sanguine. in serpentis morfu plantago trita cum vino sumitur. Comesta autē sola vel cū lenticula cocta: et oleo viridi cum aceto dysentericos et stomatichos curat. sicuti vulnus secus oculū vel nasū natū fuerit succus eius cū lana molli imposit' p dies nouem curat. Itē succi cocleariuz vnū bibitūz lūbricos excludit. similiter facit pistatura in vmbilico posita. Si qua duricies in corpore nascit: herba ipam pistatā cū arungia sine sale: quasi malagma ipone succum eius in aqua multa añ duas horas accessiois potui da quartanarijs: et miraberis ei' effectum. ad podagram: et omnez neruoz dolorē vel tumorem folia eius pistata cū modico sale optimū est. vulnera recentia cū arungia veteri curat sic et parotidas. Sicuti pedes doluerint ex itinere cū aceto iposita tumorē et dolorē tollit. fistulas tonsa et imposita facillime sanat. oēs difficultates vesice folia et radix ei' potata fortiter medentur. qd abundant in frigidat et deficcant: et reprimunt propter quod ad vlcera maligna et rheumatica et putrida iuuant. herba ipsa dysentericos iuuat. et emoroidas reprimunt. vsta in frigidat et glucinat. deficcant enim absq; mōdicatione. semen autē ei' et radix similia sunt virtute: propter quod siccora sunt et min' frigida. semē preterea bz sūtiliādi

virtutem: folia extenuandi: radix impinguandi q
massicat in dolore dentiū. ad oris etiā lanatione
facit: et epatis et renūz emfrasm. Dec p̄dicta etiā
Sera. refert auct. **Dias.** licet per alia verba.

Amos ^{de vor} i. agnus
Arrocerkbtaga i. es vltum
Arsonagon i. folium
Arsof. i. cardus vel species eius
Artomeli. i. panis cum melle factus
Artomam. i. granū cuius virt^{us} est ordeis: immo est
medium inter triticum et ordeum.
Artomata. i. articuli **A**rtomē. i. actomus
Artododoris i. iuniperus
Arxos. i. spēs cardī **A**ruab. i. psilotrum
Arucusu saratron. i. herba vnde tingitur reubar
barum qua caremus.
Aruatū. i. istrumētū q̄ suspendūtur homines
Arui. i. masculus **A**runcus. i. citrum
Arculabum. i. ferreū istrumētū chirurgicorum
Aruscula i. nomen demonis
Arcution est similis folijs arocion
Arcuatus morbus. i. ictericia
Argumen i. iris
Arunas quid est. l. mendana
Arsuc i. gallia muscata
Arstum. i. lappa **A**rtumen. i. iris ilyrica
Artus. i. anus podex **A**rzul. i. bedeguar
Arf i. semē altanabotis
Arz i. cedrus arbor
Assa. i. quoddā gūmi. nā ex ea est quedā odorife
ra: quedā fetida. quedā ē odorifera licet paruum
habet odorē. sed calidior eaz est fetida: et ex her
ba vehementis igne itatis. vnde gūmi istius plāte
est satis fetidū: et iō vocat assa fetida. sed assa odo
rifera est succus p̄dicte herbe expressus: et soli coa
gulans: habēs aliquale odorē: sicut herba p̄di
cta. quando vero simpliciter ponit in receptis assa
fetida intelligit assa fetida. est ergo gummi p̄
cellentiam fetidum: et vocat lasar: et gūmi quirina
ceū. et herba eius vocat silfuz: vt in alexandro de
dentibus. **A**lij vocant hāc herbā anudet vel an
niden. l. anniden. **A**ssagen idē q̄ supra
Assa dulcis i. gūmi riquilitie
Assabota. i. arbor que est i persia venenosi fruct^{us}
et quādo plantat in egypto est fructus ei^{us} de his
que comedunt: et est persicum.
Assabit. i. asait **A**ssach. i. arbor thuris
Assacrios i. kaban salmodica
Assachasara i. radix porī
Assadar i. lactuca asini
Assadan idē q̄ supra **A**ssaer. i. aerona
Assasati. i. rubor pustulosus: qui apparet in facie
Assas. i. morbillus: vel exitura sicut empetigo
Assagas i. sanguis draconis
Assabic. i. pultes multum spissi ex aqua et farina
Assac idē q̄ supra **A**ssakel. i. spica celtica
Assaka. i. radix lilij **A**ssame. i. sanies
Assamanux. i. molesti dies. s. calidissimi et frigidis
simi. **A**ssange. i. sanguis draconis
Assamentum. i. piscis quidam magnus salitus

Asarabachara vultigo gariofilata agrestis centū
nerua centūcerria vulgagens idē ē et aerma
Asaracs idē q̄ supra **A**sarum idē q̄ supra
Asarugi. i. virga pastoris **A**sarai idē q̄ supra
Asarica. i. epilepsia **A**sarual. i. capressus
Asar i. armoniacum
Asaron. i. asarus vel baccare. vnde alia herba est
bachar vel bacharis. et iō **Dias.** facit aliud capitū
lum de asaro: et aliud de bacharas.
Asarten. i. piscis magnus salitus
Asarmanux. i. molesti dies vel calidissimi et frigi
dissimi. **A**ssathar. i. ouganum
Assatharai i. virga pastoris
Cap. 62.

Asathartur ^{sive asathartar}
ne vero sordi ^{ara. gre. glio: lati}
cies semicupei balnei. **Sera.** ^{li. aggre. capi}
tar. **A**sathartar est sordicies nigra que reperitur
in balneis et in fundo semicupei balnei. Et idem
auct. **Gal.** Virt^{us} eius est que calefacit in p̄ncipio
tertij gradus: et abstergit absterfi **Dias.** ^{ca}
one non multa et attrahit fortiter. **Dias.** ^{pi}
tulo glio. sordicies q̄ in balneo colligit: q̄ notatur
glio virtutem h̄z calidā et malacticā et diaforeticā
Dosse. **Sera.** ^{auct. Gal. Extrahit}
ponit. et curat tussim antiquā q̄ sit fumigiū eaz ea
et q̄ ponit sup empe **Dias.** ^{bus et raga djs}
tiginē aufert eam. **Dias.** ^{Uilis est ficu}
ani vngendo: et si ei addas cinis p̄dilomata dissol
uet. pro alijs sordiciebus. l. l. vafachi.
Asaungi. i. pulvis qui cadit de palea
Asauregi. i. pulvis qui cadit de parietibus salis
Ascala i. lactuca agrestis
Ascalek i. tribulus herba
Ascani est arbor qua caremus
Ascabalos. i. cancer cum venit membrum prop̄
ipsum ad insensibilitatem.
Ascarides i. lumbrici lati
Ascatarios. i. tepidum tenens medium inter frigi
dum et calidum. **A**scbarades. i. atrata
Assatis. i. vectia **A**ssaltos. i. aspaltum
Assarie. i. asmentum **A**ssaxasasa. i. rothaba
Assa. i. aer **A**ssaragum. i. asarum
Assakabos. i. vbi destruit caro sic q̄ ipsa sequit^{ur}
vsc̄ ad os: siue sit incipiens aut succedēs ipsi.
Assina. i. offensio anbelitus cū sonitu: vnde asina
i. cantus. asina et oribomia et osinia idem.
Assinatum i. absinthium
Assinarhoc. i. herba cuius gummi est assa fetida
Assinach. i. additio materie pinguis contingens i
palpebra superiori: et grauat palpebram in aperi
tione: et facit ipsam q̄ si mollificat: et est coniuncta
non mota sicut nodus.
Aspaltū. i. bitumē iudaicuz: q̄ inuenit natans in
fontibus: et ē spēs napter: et vocat stercus demonis
nā napter est petroleum vnus generis. l. l. brasalen
di. **A**spalatum. i. genestrella
Aspalarus idē q̄ s. **A**ssamata. i. tensiones

*A*scarides *doxapides* sunt *montes* *idem* *lumbri* *q̄ in per*
mentore *crassi* *multum* *giguntur* *et* *plurimi* *apparet in*
pabulo *male* *reguntur.*

Aspalathus

.i. t. apus

Aspalium arbor est: et est granatum siluestre: pro quo. l. l. var. haban.

Asparagus fm. Hal. in li. de cibis: vocat omnia sumitas plante: dñ est in teneritate sua: sicut et spargi summitas qñ comedit: sed fm. modernos ē vere spargus.

Cap. 63.

Aspergula id est herba minuta hñs folia: vt libanotides: sed strictiona: habēs stipitē nodosū: et in quolibet nodo folia i gy

ro posita quicq; vel sex vel septem: ordinata ad modū stelle: sicut herb aque dicit rubea: vel sicut al. guascen: et ab eisdē nodis pcedūt alij rami simili modo facti cū nodis et folijs vt supra cū floribus paruis albis: sicut flores olina.

Aspiratiles dicūt qdā pisces sic noīati ab aspitale squama: et vel a locis in quib; degūt: vñ aspiratit id est asper: et iō. Dial. vocat spargū aspiratilem.

Asprach .i. species hyperci.

Assamia. i. cibarium factū cū carne cocta cuz aq; cui admisceat succus agreste.

Assafir. i. aurum.

Assagen .i. sanguis orconis.

Assabota. i. persicū.

Assara. i. virga pastoris: vel fm. Auic. est pustula parua lata sicut vesice ad aliquatū tendens ru

bedinem: et pruritū facēs et angustia: veniēs subitō fm. plurimū. et accidit quicq; vt currat ab ea humilitas: et fortasse ē sanguinea: et fm. plurimū fit

vehemens in nocte: et cā ei est vapor calidus eleuatus i corpore subito: aut a sanguine colerico aut phlegmate baurachio.

Assa affa. i. rubor pustularum: q in facie apparēt.

Assabot est nomen cuiusdam piscis.

Assanregi. i. puluis qui cadit de parietibus salis.

Assamin. i. dies caniculares in estate molesti: et dies alij in bieme molesti.

Assaguaffora .i. agnus castus.

Assanti. i. salfale.

Assachij .i. cucumer.

Assaros .i. locuste marine.

Cap. 64.

Staruticon ara. vt secacul gre. biomo: la

tine vero centūcapita: vel iringus. Rō est aut affodillus: vt qdā dixerunt. sed vocat due

plāte: quap; vna est iringus: vt p; Sera. capi. p. p. et alia est vna alia herba q sibi satis similat.

Itē plini post sermonē de iringo. Ex his inquit iringus candidū quē centūcapita noīant: omnes effect; eosdē causat. et radices in cibis grecor; recipiunt: siue crudis siue coctis: vt Dial. cap. de iringis. Preterea in antidotario virili in quodā antidoto qd incipit: Antidotū qd facit epilepticis recipiuntur et centūcapita.

Sera lib. aggre. cap. astaruticon. Astaruticon. i. centūcapita: alia est celestis coloris: et alia albi coloris: sed q est celestis coloris

est herba hñs stipitē durū et asper: et in summitatibus ei est flos glauc; similis flori camomille. et aliquis et; flozib; habet colorē purpureū. et habet

folia scissa: et capitella similia stellis: sed folia que sunt in ramis tendunt ad longitudinē. et habet velut pilos. Et idem auct. Sal. traxit nomē ab eo q

curat apostemata: qñ sit emplastrū defozis cum ea: aut suspendit sup ipsa. virtus eius infrigidat et deficcit nō fortiter: et maxime dñ est recens. Sed

centūcapita albi coloris est iringus: et est species spine. et sumit foliū eius cū sale cōditū in pncipio

sui augmētū. et folia ei sunt folia aspera aromati ca in summitate qñ gustant: et in summitatib; ei sunt

capitella rotunda: sicut sunt stelle. et in circuitu eorū sunt spine: et stipes eius durus. et color eius capitellorū est similis colorī oleandri: et fortasse ali

qñ sicut color hiacynthi. et habet radices longas nigras defozis: intus albas: in grossitudine pollicis

boni odoris. nascit in locis arenosis et asperis. Et idē auct. Sal. Uir; ei est cōposita: q; infrigidat et resoluit resolutione pauca. Paulus cap. de iringo.

3ringus: secacul: aut iringion: herba est spinosa: radix eius cum aliquali aromaticitate comeditur. et conficiunt cū melle: et zucaro radices predi

cter: et co. **Dial** cap. de iringo. 3ringus aut medit. iringio: aut nux agrestis her

ba est spinosa. folia eius in initio comedunt: et i sa le cōponunt: que folia lata et aspera sunt: gustum

aromatis habentia: que cū creuerint obrusum colorem hñt cum multis virgis in quib; sūt capitel

la rotunda spinosa. bastam habent durā in gyro et quōq; albam: et viridez cū colore hiacynthi. et ra

dix est illi rotunda: et nigra defozis: deintus alba: aromate plena. nascit in locis lapidosis et campis

et littoribus. habet radix eius virtutē calefactiua: li. z. cap. secacul. Secacul est calidus in

Aui z. ad humiditatem quādā tendēs: et in ipso est lenitas. et vir; eius est sicut virtus bancia

Dosse 3ringus et maxime radix ei; cru da comesta curat gomozeam.

Sera anc. Dial. folia hui; plāte conferūt inflammationi stomachi et apostema

tibus oculi: et alijs apostematib; calidis. Et quidā dicūt q flos huius herbe: cui color est purpure

si bibat cū aqua confert squinantie: et epilepsie: q accidit infantibus. qñ sit emplastrū cū eo humi

da cōfert apostematib; calidis lumbor;. Et dicūt q si ille qui habet apostemata in lumbis suis ac

ceperit florē eius siccū cū manu eius sinistra et po fuerit super apostemata sedat pulsationem eorū.

Et idē auct. Dial. qñ bibit succ; eius radice qui est albi coloris. puocat vrinā et mēstrua. dissoluit

torciones: et inflationes stomachi. et qñ bibit cum vino cōfert dolori epatis: et moribus venenatis. et

qñ emplastrū fit cum eis resoluit exteriora aposte mata: aut qñ suspendit su

Aui Secacul h; p ipsa: sicut qdā putauerūt. virtutē bau

cie. et excitat appetitū coitus. et loco eius ponitur buziden.

Astaros .i. cenfara fabis

Astas .i. inflationibus
Astati .i. lagusta vel locusta piscis
Astatia idem quod supra
Astata alexandrina .i. camedapnes
Astafida .i. vva passa
Astacodum .i. sticados
Astacosichitis .i. locusta piscis
Astaraticon .i. astaruticon
Astragallus .i. carduellus avis
Ara .i. rubea
Astragabos .i. pes porcinnus
Astragalinos .i. cardus albus
Astrati .i. pauimētū
Astrafact .i. atriplex
Astragolos .i. calcaneus vel talus

Cap. 65.

Astragulus vel astragallos
herba est q̄ fo-
lia bz lōga cū incissuris multis obliq̄
circa radice caules tres aut q̄tuor: flore

biacynthi. radices villosas iplicatas rubeas p̄du-
ras bz nascit̄ i petro. **Sal.** sexto sim. p̄bar. ca.
sis z asperis locis. **Astragallus**. **Astra-**
gallus siue sic terre: siue glādula fructiculosus ē
h̄is radices stipiticas. quapropt̄ ex siccantibus est

Dosse. Sal. **Wō** debilit̄ cicatrizat
vulnera vetera. z ven-
tre fluētē stringit: siq̄ radice ei coquens in vino
bibat. nascit̄ aut pluria hec herba i neuete arabie

Astrauticos .i. iringus
Astrakus idē qd supra **Alse** .i. lopus
Alseac .i. coagulum
Alfabram .i. esula **Alseb** .i. alumen
Alsecremia .i. comestio que fit de acacia
Alseeb .i. sandico
Alsedenezi .i. semen canabi
Alsedentati .i. lapis ematites
Alsedentagi idem quod supra
Alsed .i. leo **Alsebet** .i. labfintbium
Alsefara .i. cantarides
Alseiet .i. fricatio dentium z ginginarum z labi-
orum interius.

Alseid .i. brachium
Alsek .i. tribuli: z est herba
Alselb .i. filigo
Alsemen .i. butirum coctum
Alsenicula .i. herba paralyfis
Alsenoz .i. altea
Alsenabulum .i. fataria
Alsenefu .i. labfintbium
Alsenbendegi .i. lapis q̄ alij lapides inciduntur
Alseneru .i. quidam piscis magnus salinus
Alsenacine .i. viscus quercinus
Alseras .i. affodillus
Alserengi .i. plumbum vstum
Alsefab .i. pecola: z est gumma abicis
Alset .i. argentum viuum
Alsetaragi .i. taphia
Alsethesafen .i. calx vina: vel lapis archadie: q̄ ac-
cens non exstinguitur: z verius albeton. i. calx
vina
Alsedarugi .i. basilicon

Astbestus .i. calx
Astcera .i. canis sydus
Astcet .i. balautia
Asteb .i. sandico
Astce .i. tymus
Astceleth .i. filigo
Astceidit est id qd a cubito vsq̄ ad raseta existit
Astceracoct .i. terminabit
Astceberere .i. vna de xxviij. mansionibus lune
Astcebetē .i. anata
Astcepias .i. dragontea
Astcepias idem quod supra
Astsear .i. fiscus quercinus
Astfengi .i. sponsia marina
Astfeng idem quod supra
Astfidegen .i. napus
Astimen .i. alfinen
Astnee est lanugo vetustarum arborū: z est vsnee
Astne .i. puluis absteriuns: quo saraceni vtunt̄ ad
mundificationem manus.

Asperos .i. sparagus
Aspleni .i. asplemon
Asplemon id est scolopendrie venenose: et ē aple-
non.

Aspleniridon herba est in forma z virtute similis
scolopendrie. i. lingue cervine: z est idē qd supra

Aspleos leuci .i. vitis alba
Asreos quid est. l. cannabit
Asseife .i. spata
Assendetindi .i. nux indica
Assebelezi .i. mandragora
Assibeci idem quod supra
Assibaza idem quod supra
Assenedonezi .i. semina granati siluestris
Assiegi .i. caput
Assleman .i. butirum

Assid .i. brachium: z potissime pars posterior ei
vbi est coniunctio duorum focilium

Assena .i. vsnee
Assemine .i. lubee
Assenar .i. aloes
Asseteragi .i. taphia
Asseth .i. emplastrum
Assethedenigi .i. semen canabis
Assena .i. vsnee
Assiegeten .i. miraculum
Asserebum .i. stannum
Asteron .i. artemisia
Asterplacodes .i. gestamia
Aster .i. stella
Aster acticus .i. asterion
Asterice .i. diacodion: z est electuarium de papa-
uere positum in antidotario. **Sal. minori.**

Cap. 66.

Asterion grece vel aster acti-
vel bubonium: latine
inguirialis vel stellaria. Plinius capi.
astericon. Astericon nascitur intra pe-
tras z loca aspera: hec herba nocte tanq̄ stella in
celo lucet adeo vt eam videntes ignorantes putet̄

Asites. **Aoki** no ab vire hydropa
aquosam p̄r.

se fantasma videre: a posterioribus maxime videtur
Paulus cap. aster. Aster vel asterion est quedam
herba radicata vt stella: folijs oblongis duabz aut
tribus in cacumine capi

Dos. Gal.

tella stelle modo radiata. Aster acticus: alij
vero bubonij nominant: quod non solum super
plasmatus: sed etiam propinatum creditur bubo
nes sanare. habet autem quid diaforeticum. habz
etiam non minus refrigeratiuum quid: et repul
siuum: vt mixte sit potentie sicut rosa: non tamen
sic stipicat. Et idem eodem libro magis infra ca
pitulo bubonium: siue aster acticus nominatus e
ex eo qd credit conferre bubonibus tam catapla
sinatur: qd assumptum. Est autem mediocriter dia
foreticum: eo qd mediocriter est calidum: et neqz
vehementer: neqz intense desiccatur: maxime cu3 ad
huc tenerum est et recens. dictum est autem prius
de ipso. hec Gal.

Astia .i. ieiunia

Astilonis

Astilus

Astil

Astimar

Astinach .i. additio materie pinguis contingens
in palpebra superiori: grauat palpebram in aperi
tione: et facit ipsam quasi mollificatam.

Astibefis .i. sine consumptione

Astinamon .i. vinum ficticiu: et fit quando vigin
ti sextaria musti cum dimidio aque ferunt: et po
stea datur infirmis.

Astibefim grece Sin Alexadrum capitulo de fi
gnis humide distemperantie epatis est dictum no
extenuatis ab a quod est sine: et stibefis extenua
tio: quasi sine extenuatione.

Astibhiaca id est decoctio herbarum in aqua ca
lida.

Astios .i. herba armoniaci

Astira .i. farina orde

Astireg .i. partes que sunt in circuitu ani

Astir est quoddam genus piscis parui: et sunt me
le marine.

Astir est quedam species cicerafi

Astires .i. affodillus

Astisigafit .i. eupatorium

Astit est species nemusaris

Astibemon .i. epithimum

Astius id est quedam species lapidis: vt apparet in
lra lapis asius.

Astiscam .i. quedam medicina inda

Astisigafet .i. eupatorium

Astiadigni vel asciadegni .i. canabum

Asticbran .i. ascebran

Asticili .i. crista galli

Astiregi id est partes que sunt in circuitu ani

Astumibal .i. spica inda

Astisa dicitur que ventrem non inflant: vt cymi
num leuissimum.

Asticil .i. squilla

Astincor .i. stincus

Asticon .i. bitumen
Astipistica .i. serpens qui stat in aqua propter vehe
mentiam siccitatis sue.

Astipialis .i. talpa

Astipinium .i. ceterac

Astiquiron vel androsomon .i. hypericon

Astirer .i. pionia

Astiradix .i. gladiolus

Astideg .i. cerusa

Astindi .i. sinapis albi

Astinach .i. spinachia

Astina .i. anbelitus

Astitus .i. lapaciolum

Astirgar .i. silfium

Astobran .i. efula

Astosol .i. aurum

Astogiros .i. ruta agrestis

Astokir .i. species lepre

Astolatorse .i. radix affodilli

Astolasonalchame .i. plantago

Astonia .i. cantus

Astoretus .i. flos salicis montani

Astornac .i. anriplex

Astoton .i. capillus veneris

Astoth .i. argentum viuum

Astoli .i. fuligio

Asticos .i. vter: inde asclites ab asticos quod est vter

Astolotondrion .i. scolopendria

Astocodos .i. sticados

Astiro .i. sinapis alba

Astipros .i. albus similis et lenis

Astonticon est nomen cuiusdam electuarij

Astocodos .i. sticados

Astozcos quid est lege litteram culb

Astozach .i. stozax

Astobetea .i. anetum

Astomatha .i. ozis pharmaca

Astrodilibe .i. grana pini

Astrocilibe .i. idem quod supra

Astrobilie .i. idem quod supra

Astrolinos .i. anis cardella

Astrodinie sunt pisces degentes in coctijs: et ha
bent durum corium

Astuae .i. gummi alcumdar

Astubet .i. grani regis arbor

Astuc .i. gallia muscata

Asturie .i. atramentum rubens

Astuestim .i. calx

Astuestas .i. calx. rina

Astugeg .i. vitrum

Astui .i. crocus hortulanus

Astum .i. myrtus

Astumar .i. lactuca asini

Astuali .i. atramentum

Asturticum est nomen cuiusdam electuarij

Astufelbar .i. ca stozen

Astus .i. planta vel herba super quam nascitur sal
cuius flos nominatur astus

Astueum .i. lilium

Astutibendegi id est lapis cum quo alij lapides

inciduntur: et in lingua nostra vocatur smirillo.
 Ascuded est arbor cuius gumi est gumi dragati

Cap. 67.

Ascukodos ^{ara. gre. saba-}
^{dis: latine vo-}
 scados. Sticados est quoddam arabi-
 cum: et est illud quod arabice nominat ascukodos
 et est quoddam citrinum: et est illud quod nomina-
 tur latine barba ionis: vel sticados citrinus: arabi-
 ce sceba. Unde Sera. lib. aggreg. facit de sticados
 duo capitula: unum de sticados arabico: quod
 incipit Ascukodos: siue astocodos. Et aliud de
 sticados citrino: quod incipit Sceba. Est autem
 sticados arabicum.

Sera. lib. aggreg. capitu-
 ca. et sic in 3^o gradu. **Sera.** lo ascucados. **A**
 scucados. i. sticados arabicus nascitur et in insula
 que grece dicitur sabadis: in regione galatie: est her-
 ba subtilium ramorum: habens comam saterei si-
 milem: nisi quia folia eius sunt longiora folijs sa-
 tureie: et est acuti saporis. **Dias.** cap. de sti-
 cum pauca amaritudine: **Dias.** cados. Sti-
 cados nascitur in insulis galatie circa massiliam: quod
 insula sticados nominatur: unde et nomen accepit.
 est autem herba tenuis: semen minutum habens
 cum folijs similibus thimo: sed oblonga et gustu
 acriora: et

Bal. viij. sim. phar. capit. sticados
 sbamara. Sticados eius quidem ad gu-
 stum amarus sapor est: et subsipticans moderate
 complexio eius composita est ex frigida terrestri
 substantia pauca a qua stipticat: et alia subtili ignea
 ampliora a qua amaricat: et propter utrumque vero
 deobstruere et subtiliare dicitur et abstergere: et for-
 tificare nata est viscera oia: et totius corporis am-
 bitum. monstratum enim est et in anterioribus: quod
 quicunque pharma composita sunt ex talibus sub-
 stantijs predictis.

Jo. mes. cap. de sticados
 energias operant. Sticados quod
 medici laudant est arabicum: et est planta foliorum
 subtilium: et longiorum: habens stipitem subtilem
 cinericium: cuius elevatio super terram est in me-
 sura cubiti: et habet flores assumulatos spicis filigi-
 num. sed sunt breviores sine semine: et est calidum
 in primo gradu: siccum in secundo: et est compositum
 ex partibus terreis frigidis dantibus ei stipti-
 citatem paucam: et ex partibus igneis subtilibus a
 quibus insunt ei acuitas et amaritudo: sed acuitas
 plus est amaritudine sua. et amaritudo plus est sti-
 pticitate ipsius: propter quod est subtiliativum re-
 solutivum aperitivum opilationis abstersivum: et
 solutivum nature: et est preservativum prohibens
 a putrefactione: et est ex parte stipticitatis pauca in
 eo confortativum cordis: et cerebrum: et nervorum: et
 viscerum. et hoc est esse et proprietas eius. prohibe-
 dum est habentibus cholera in stomacho. con-
 turbat enim eos inducens suum: et vomitum et estu-
 ationem laboriosam. Nocet etiam calidam ha-
 bentibus et siccam complexionem: et que sunt in
 potestate cholere. ipsum quoque est. ex debilitate sol-
 ventibus: propter quod miscendum est ei salgem
 ma: et myrabolanum nigri cum eo: aut kebuli. magni

ficant enim operationem eius et similiter squilla
 et proprie in egritudinibus capitis. et insulsum qui-
 dem in aquam casei melioratur in conditionibus
 suis. Et passule sine interioribus similiter sunt ex
 his que emendant. similiter et sal gema rectificat
 illud: et proprie ad omnes partes eius sexupla ipsi-
 us: et succus pomorum dulcium in decoctionibus
 eius veris.

Ani. li. 2^o cap. sticados. Sticados
 est illud. **Ani.** est planta habens spica: sicut
 est spica grani ordei: sed eius folia sunt breviora
 et in ipso stipites sunt cinerici: sicut in epithimo
 et est sine semine acutus cum amaritudine pauca

compositus ex substantia terrea frigida et ignea
 subtili: calidus in primo. **Sera.** li. aggreg. cap.
 gradu: siccum in secundo. **Sera.** sceba. i. stica-
 dos citrinum: et est absinthium marinum: habens
 minutum semen simile semini plante que dicitur
 abrotanum: et non est ita amara herba sicut absin-
 thium. et habet odorem gravem. figura eius est in

apparentia: sicut planta absinthij. et sapor eius est
 sicut sapor absinthij: nisi quia non est tante sti-
 pticitatis. et calefacit plusquam absinthium: et in ea plus
 de amaritudine est quam in absinthio cum pauca sal-
 sedine. et calefacit et desiccatur in tertio gradu. sed vir-
 tus eius est diversa a virtute illius. nam nocet sto-
 macho. unde occidit vermes in ventre plusquam ab-
 sinthium: quando ponitur extra aut intus. Et idem

auct. **Dias.** Sapor eius est amarus. et habet gra-
 vem odorem: et est herba stiptica. Et idem auct. **Bal.**
 8^o epidimiarum. Sceba assimilatur absinthio in
 figura et sapore: sed differentia inter ea est: quod non est
 stipticum sicut absinthium. et calefacit plus eo. et
 amaritudo eius est plus cum pauca falledine. Et
 idem auct. 8. sim. phar. cap. sceba. Sceba similis est
 absinthio secundum speciem et secundum gustum: tamen diffe-
 runt in gustu et virtute. in gustu quidem in eo quod
 cum stipticitate magis calefacit: et amaricat cum
 quadam falledine. In virtute vero in eo quod com-
 suratum est: et magis absinthio interficit labricos
 extrosum appositum et intra corpus assumptum
 et quidem calefacere in secundo gradu intese po-
 nendum est id: sicca.

Bali. viij. sim. phar. ca.
 re vero in tertio. **Bali.** chruscos. Chrus-
 cos siue barba ionis vocatur chruscos. acrem si-
 mul et stiptica preua.

Dosse. **Sera.**
 auct. **Bal.** Decoctio sticados arabici confert do-
 lozi pectoris: sicut isopus. et in confectionibus me-
 dicinarum habet vires acriter relaxantes cum odo-
 re suavi. viij. et me.

Jo. mes. Sit ex sticados
 strua prouocat. **Jo. mes.** arabico: et spica
 et oleo veteri: oleum bonum iunatum voci. flo-
 res quidam eius de decoctione sustinent: plus quam
 folia. solutione educit cholera nigram et pble-
 gma. et mundificat nervos et cerebrum: et membra
 sensuum: et confortat ea. et confert iuamentum ma-
 gnum egritudinibus frigidis: et hoc secundum omnem
 modum usus eius siue in potibus: siue in fomen-
 tis: et lanachris. et oleum ipsius confortat cerebrum
 et nervos: et calefacit eos et vivificat. In medicinis

antem sticados si inungatur squilla: aut eius acceti
est medicina bona epilepsie et vertigini: et cum la-
pide lazuli: aut sale indo: aut alijs valentibus ad ea
confert melancolie et egritudinibus timoris: et mi-
sectur ei buglossa: aut succus eius: aut succus pomo-
rum dulcium ad egritudines cordis et melancoli-
am. Et enaporatio decoctionis eius aperit opila-
tiones narium: et est medicina bona opilationibus
epatis et splenis: et viscerum: et est sedativum dolo-
rum qui sunt in nervis: et instrumentis iunctura-
rum: et in lateribus finem omnem modum admini-
strationis eius: et confortat interiora omnia que
a frigidityte lesa sunt: et proprie materiali: et probi-
bet a putrefactione. Et ipsius syrupus et alij modi
administrationis eius sunt medicina bona quar-
tanarum et febribus longi temporis et prope phlegma-
ticis. Dosis decoctionis eius est portio a. 3. iij. vsq;
ad. viij. et pulueris eius. **Anic.** Sticados arabi-
a. 3. ij. vsq; ad. v.

Anic. cum resoluit et ibi-
tillat amaritudine sua: et similiter eius syrupus ape-
rit opilationes et abstergit: et in ipso quidez est sti-
pticitas pauca et confortat cor et viscera: et prohibet
putrefactionem: et eius decoctio sedat dolores ner-
uorum et iuncturarum: et laterum: et ipsius syrupus
est res magis inuatiua egritudinum frigidarum
et nervis: quare oportet ut eo quotidie utatur qui
nervos habet debiles: et qui ex frigidityte in ipsis
patitur: et confert melancolie et epilepsie: et nocet
habentibus calidam complexionem: et facit cum
vomere: et est ex eis que faciunt sitim: et confortat
instrumenta vaine: et soluendo educit phlegma et
melancoliam. Sal. vero non dixit hoc esse eius: et
ultima quidem portio ipsius est duodecim kesume
cum vino puro et oximele: et modico sale. Sticados
citrinum quod arabice vocatur sceba virtutem
habet diureticam. unde vinum decoctionis eius
et draganti spiritualia calefacit: et ad iliacam pas-
sionem valet: et contra stranguriam et dysuriam: et
opilationem splenis: et epatis: et cum infirmus surgit ab
infirmitate ad nervorum confortationem abluan-
tur extrema in aqua decoctionis eius. Itē ad du-
ritiem nervorum decoquantur sticados citrinum
et caules in aqua: et abluere et suffumigare membra
quia multum mollescit. **Sera.** cap. sceba. Sceba
liscat et confortat. **Sera.** et sticados citrinum
coquitur sola et bibitur: et interficit vermes: et ex-
pellit eos cum laxatione leui. et quando coquitur
cum lentibus et bibitur facit hoc: et pecudes impi-
quantur quando comedunt eam. Et idem aucto.
Sal. Virtus scebe diuersa est a virtute absinthij
nam sceba nocet stomacho: et occidit vermes pl^{us}
q̄ absinthium: quando ponitur exterius vel sumi-
tur ill^{ud}: et est ea. in secundo gradu: sic. in tertio.

Assur i. crocus hortulanus
Assusofa i. vngula oculi
Assulbasch i. testitudo marina
Assquiron. Dias. cap. assquiron. Species est hype-
rici: vel dicitur andrasemon: sed virgis maior est
hyperico sarmentosa: fenicem habens colorem
et florem mellinum: semen simile hyperico: sed ma-

ius quod cum fricatum fuerit odorē refine emit-
tit sanguineū etiam facit colorem fricatum: unde
et andrasemon. **Dosse.** **Dias.** Se-
dictum est.

eius cum hydromelle bibitum ad modum duarum
cotularum choleram sciaticis deponit.

Assursumigi i. sparagus
Assugila. i. radices: que vocantur radices: et come-
duntur: et est rhabbanus.

Assus. i. lapis
Assubul. i. oculi qui sunt medij iter variū et nigri

Assum. i. galla

Assur balatib i. spica nardi

Assuc i. gallia muscata

Assuso i. hypericon

Assula regia i. assodillus

Ass i. myrtus

Assi. i. radix que comeditur: et est rhabbanus

Assabfir i. spodium

Assab. i. arbor indicis: cuius fructus multum nutrit.

Assabium est arbor toxica

Assacigi i. attago

Assaslagria. i. staslagria **Assafacan.** i. cardiaca

Assabgham. i. rugbe **Assage.** i. attago

Assala i. flores dactilorum

Assamanticum i. meu

Assamaticum idem quod supra

Assamaticon idem quod supra

Assanasia. i. mortalis: et est quedam confectio opti-
ma que sic vocatur: et similiter quedam herba: et alio
nomine vocatur tanacetum: et est vna ex speciebus

artemisie.

Assanita i. ciclamen

Assanil i. carbunculi

Assarfam. i. punctus sanguinis recentis rubei cur-
rentis a quibusdam venis ruptis in oculo: propter
percussionem

Assarafa idem quod supra

Assarcoza montana est herba: cuius radix est pyretiz

Assarmus i. lapinus

Assararic est herba cuius stipes nascitur sine fo-
lijs in locis desertis: et assimilatur veretro canis: et
hec latine vocatur cancellaria.

Assaugamium. i. sintbomaticum

Assabadar. i. viride **Assab.** i. lacertos

Assahala. i. salinis faciei: qui si multum perseverat
denunciat torturam oris.

Assacie i. acacia

Assathurie est quedam medicina acutissima: que
non bibitur propter sui acuitates: sed epithimata
confert lentiginibus et panno: et scabiei ulcerose: et
epetigini: et emplastrum ex ea confert sciaticis

Assatharo i. lentiscus

Assatharica i. vngula caballina

Assathadros fm Sal. vi. sim. phar. cap. athadros. ē
piraster stipticans plus alijs et siccanis: et ideo con-
solidat magna vulnera rheumata remouens

Assathanagia i. tanaceti confectio

Assathabafir. i. spodium **Assatharal.** i. distillatio

Assathamara. i. antimonij. sed Anic. li. 2. capitulo

Confortatur autem operatio eius in multitudine quantitatis ipsius: et in associatione rei cuius eo magnificantis effectus eius: sicut sunt myrabolani nigri et indi: aut ellebori nigri quantitas parua. aqua autem mellis cum pauco sale: aut aqua decoctionis passularum cum sale similiter: aut aqua lactis ex capris sumpti vigorat operationem eius. Sal gemma vero: aut sal indi: aut sal napti sunt ex rebus que sibi addita addunt virtuti ipsius. citra autem et facilem facit operationem eius: si ei aliquid virtute acutum miscetur: sicut piper: et piper longum: zinziber: et similia. Et non pretermittas quin cadat in potibus eius oleum de amigdalibus dulcibus in quo inuoluntur: et in decoctione ipsius passule sine interioribus: quoniam addunt ei ad bonitatem leniendi: quod timetur ex nitrositate ipsius. Et ne ignores quoniam epithimum de decoctione modicum sustinet: quare oportet ut fiat illud secundum legem. Prerogatiua autem habet super omnibus solutione educentibus melancoliam: educit enim eam facile. **Anic.** li. ij. de epithimo. Epithimum est semen et flos: et sunt stipites parui contracti. et est acutum calidum: pungitui saporis: semina habens rubea cuius plante virtus est: sicut virtus albasce. verum tamen albasce est debilius eo: et quod ex eo bonum est: est cretense et hierosolymitanum. et est decline ad rubedinem. et quod est vehementius rubrum et acutius odorosum: est etiam melius. et melius est illud quod affertur de insula crete. et quod affertur ex locis domus sancte: et alijs vicinis sibi. sed rubedo primi est fortior: et similatur semini cuscute: et ea. et sic. in tertio gradu secundum Gal. Et dixit Humay quod est ea. in tertio gradu. **Posse.** Epithimum du sic. in fine primi. **Posse.** virtutem habet purgandi phlegma et melancoliam: et per se et cum adiuncto. scilicet cum medicinis purgantibus melancoliam. Contra quartanam fiet decoctio in aqua 3. i. epithimi: bulliat et in tali aqua ponantur 3. ij. lapidis lazuli: vel armenici et digesta materia detur patienti. multi enim liberantur. valet similiter talis decoctio patientibus emoroidas ex melancolico sanguine. **Dias.** Epithimum viride acceptum stonem. **Dias.** machum verat: et vomitum mouet. ventrem prouocat et nauseam facit. ac deducit phlegma et cholera: et maxime nigram. datur ad purgandum thoracem cum melle: et hyrisillirica more electuarij accipitur. Alterius autem thimi flos albus est atque asper: sed ambo equalem habet virtutem. nam per os purgant phlegma: et per ventrem cholera nigram. datur in quibus precordia prefocantur et epas. auct. **Dias.** quando tunc et suspiriosis. **Sera.** bibuntur de eo 3. ij. cum melle et modico sale et aceto purgat cholera et melancoliam. et conuenit proprie melancolie: et inflationibus et vertigini. sed ipsum facit nauseam et maxime viride. et quando miscetur cum radice yreos et melle. et datur sic ad modum electuarij educit humiditates a pectore. Et idem auct. **Abix.** Virtus epithimi est fortis in educendo melanco-

liam a corporibus. et quando datur de eo cholericis ingrossat epas eorum. et accidit eis dispositio cum anxietate. et fortasse facit eos vomere. et ipsius quidem multum confert senibus. et multum curati sunt cum eo a melancolia quando miscetur cum eo absinthium. et quando bibitur simplex oportet quod inungatur cum oleo violarum aut amigdarum. Et dosis eius est a 3. i. vsque ad 5. sed cum alijs est 3. i. **Jo. mes.** Quidam dicunt epithimum solum. Et dixit Paulus quod solutione educit humores adustus. et declinauit ab eo: quod comprehendit vniuersitas. Et ego non inueni quod fieret illud potestas autem eius super humore melancolico et egritudinibus magna est: et proprie in egritudinibus capitis: sicut et melancolia: epilepsia: albugines: et timor: et vertigo: et dolor capitis: quarum materia est melancolia. valet etiam ad tremores cordis et syncopim: et egritudines melancolicas in eo et est medicina magna opilationi splenis et egritudinibus in eo. et confert egritudini hypochondriorum et opilationi renum. Et frequens usus potio nis eius est medicina solenis cancro: lepre: et vlceribus nigris. et soluit quartanas. Dos potio eius est in decoctione a 3. v. vsque ad 20. et pulueris eius a 3. ij. vsque ad 5. ij. Illi autem qui sumunt ipsius virtutem acceptione. **Anic.** Sedat inflationem: et eius in estate. **Anic.** conuenit consistentibus et senibus. et remouet egritudines opilationis. et confert spasmo. et confert melancolie et epilepsie. et facit conturbationem et nauseam: in quorum complexionibus cholera rubea vincit. et est ex eis que fiti re faciunt. Potio epithimi est quattuor aureorum et bibitur cum melle et sale: et soluendo educit melancoliam fortiter. et educit etiam phlegma. quidam vero dixerunt: quod ex eo bibitur sic vsque ad 5. 3. et si decoctum sit vsque ad 3. ij. et oportet ut voluatur quod ex eo bibitur in oleo mulgum elaboretur. **Atib** i. boni mores **Atibu.** i. res odorifere: quibus fit suffumigatio. **Atumas** est species quedam vltimi excellentior alijs **Atine.** i. ficus sicce **Atincax.** i. borax **Atumi.** i. istrumctum super igne positum cum quo distillat **Atinfa** i. cocodrillus **Atirimana.** i. sanguina vel bractheos: p. q. l. l. abbel **Argiros.** i. populus arbor **Atbir.** i. squinantum **Atbiada.** i. cibum sicut pheludes in quo ponitur sisamum **Atbitum** i. confusum **Atbigath.** i. ramus arboris morue quam ignoro **Atbinet** i. animumonium **Atria** i. tri de pasta azima **Atrici** i. condilomata **Atriplex** quid est. l. l. andraphasis **Atriplex** agrestis quid est. l. l. quam supra **Atomon.** i. indiuiduum **Atoma.** i. debilitas **Atbomus.** i. sagille solis **Atbor.** i. affodilli radix **Atropa.** i. extenuatio **Atrofases.** i. atriplices **Atrogenis** nascitur in crete tantum insula maritimis: iunipero similis et semine: et folijs: et ramis: et

siue eius lacteus.

Atrofia.i. extenuatio corporis: vel sine conuersio-
ne: quando nutrimentum non conuertitur in sub-
stantiam membri: et dicitur sinibesis.

Atrofia oculi fit ex nimio dolore capitis in acutis
febris: et est quando fit totius oculi diminutio
cum obtusione visus: et ipsius pupille breuitate.

Atropomeros .i. mandragora

Atrope .i. citrum

Atroba.i. cum conuersione scilicet quando aliquid
permutatur: et postea conuertitur.

Atuboni.i. apostema existens in membris

Atuchion .i. antrax

Atublub .i. lentigo aque

Atumone .i. papauer

Atumeli .i. aqua de fatiis mellis

Aturdilon .i. felleos

Aturmus .i. lupinus

Atusa aron .i. Aaron

Aturchar .i. zucarum

Aturchar atabarzed .i. zucarum album

Auafa .i. ebulus vel sambucus

Auanna munda id est pes leporis vel gariolilata

Auafac .i. armoniacum

Auellana fructus quidam est: lege item aliquem

Auellana est nomen ponderis: et est aureus vnus: q
est .3. i. et dimidia.

Auellana indica .i. faufel

Auena semen .i. egilops

Auiden.i. herba: de qua fit assa fetida

Auilmar .i. flos malignans

Auis regia est auis quam nos vocamus regilluz

Auis tarda.i. auis q degit in aqua que bistarda
vocat.

Auis spine.i. auis tragumlitides: p qua lege lras
tragumlitides.

Auis cauda tremula idem quod supra

Auis pelargie .i. ciconia auis

Auis arba est auis que in lingua nostra vocat ar-
pa: que facta est sicut miluus: et est vicinus maior

Auoticon .i. eupatorium

Auosil .i. elleboms

Auotian .i. filiqua

Auutuli est nomen ponderis: et est pondus grano-
rum ordei nouem.

Auufig .i. ramus

Auufigi idem quod supra

Auanthea est herba: cuius flos est aurei coloris: et
est spes nemusaris: et latine vocat vngula caballina

Axebran.i. esula

Axtareon.i. lordeum

Axleon.i. lilium

Aximo.i. mordicatio

Axican .i. rhabbanus

Axion est noctuax gen: maxie cui? pluma aurea
videtur.

Axungia oibus est nota: p q .l. querumuxbaion

Ayra.i. lolium

Cap. vi.

Aynech ara. vel alusue: gre. bri-
on vel bryn: vel licena:
latine vero vinee. vel muscus arboris.

Uinee vel **brion**: quoddam oritur in arboribus
sicut lanugo: et quoddam est vinee vel brion maris: et est
lanugo q oritur.

Sera. li. aggreg. cap. aynech
sup petras maris. Aynech. i. musc? q
cens: et est res que reperit nascens sup arboris ser-
bin: et nucis: et glandis: et sup lapides. Et meli? ex
eo est quod reperit sup serbin montana: et p illd
qd reperit super arboris nucis. et meli? hor est: qd est
magis odorifer: et albidioris coloris. Et prius ex
eo est quod est ad nigredine tendens. Sapor eius est
stipticus temperate. et virtus ei? est que non est fri-
gida frigiditate forti: sed ppe tepiditatem. et vnus
eius alia est que resoluit: et mollificat: et ppe illd
quod reperit sup.

Sal. vi. sim. phar. capitulo
arboris serbin. bryum: vel brion mari-
num compositum est ex terrestri et aquosa simul sub-
stantia vtriusque frigidis. stipticat enim comestum: et
quotquot calida sunt cataplasmatum manifeste in-
frigidat et adiuvat. Et est aliud brion vel bryn qd
a quibusdam vocat spelticu. reperitur quidem i qrcub?
et pinis: et lenkis. habet autem stipticatuam virtutem non
vehementem: neque enim sufficienter frigida est: sed
quodammodo medijs appropinquat: quare et dia-
foretica et mollificatiua possidet vim: maxime quod
in cedrinis li.

Dias cap. de licena. Licena q
gnis inuenit.

Aui. li. 2. cap. vinee. Uinee sunt corti-
on est. cefstiles circūuolute sup arboris
 tortiones: et singultu et ad medicinas mortiferas
 et miscetur cu oleo rosar: et aceto: et iungitur cum
 eo caput et attrahitur odor p nares: et confert litar
 gie. Et qñ sit fumigiu cu eo: aut sit iunctio cuz eo
 pfert tremori et terano: et dolorib? neno: et iunctu
 ra. **Dias** Castoreu calefacit et siccatur nimia
 ru. extenuandi habet partē. Illis at
 q ex plenitudine spasmi patiunt: aut tremore ner
 uoz utilissimu est: quibus autem siccitate hoc co
 tigerit contrarium ē: datur i mulsā. z. i. aut codea
 riū. ad predicta etiam multu iuuat si corpus ex
 trinfecis perungatur cuz oleo cicino: aut veteri:
 quod nimis calefieri opus habet ex fricatione ca
 storei cu predicto oleo vtantur. vicia etiā pulmōis
 emendat: ac cerebri frigidū et humidū humorē si
 sup carbonēs positum fumus ipsius aperto ore at
 trahitur curat. litargicis et cataforeticis q accidit
 cu febre meli? ē cu oleo ro. capiti: et ceruici adhi
 beri qñ cu cicino. lōginqua etiam vicia neruozum
 qñcūq; etiam nimis doloribus affligunt eliminat
 castoreu sternutamenta puocat bibitu cu pulegio
 z. ij. menstruis imperat. abortum facit. secundinaz
 excludit cu vino bibitu inflationē tollit. tortionib?
 et sgluctionib? medetur. potiones venenatas nō
 finit nocere. litargicis singulare presidiu ē cu ace
 to et oleo ro. capiti inunctuz. cataforeticis pgruit:
 hoc naribus iniectu et fumigatu facit tremori et
 ctionibus et oibus causis neruoz bibitu: et vntuz
 medicatur: q virtus ē ei trematica: et recozpora
 tiua mixtum malagmatibus: et acopis paralyticis
 seu sciaticis: et his simi. **Auic** Castoreu resol
 libus presidium est. uit inflationez
 et qñ ex eo illinitur calefacit corpus: et res gūmo
 sa que ē in medio eius mordificatiua est vebemē
 tis calefactionis. pfert apātibus frigidis: et vlceri
 bus pnciosis: et confert neruis et calefacit: et pfert
 tremori et spasmō humido: et aluget humido: et
 stupori: et paralyti: et confert obliuioni: et litargie
 cu aceto et oleo ro. et subeth etiam. et si sit cu febre:
 tunc si bibatur cu melle et pipere confert: et nō no
 cet: et fit eius potio codeariū. et resoluit species so
 de frigide et ventose more emplastri suppositum:
 et vaporatu: et pfert surditati frigide: et neq; ē aliqd
 magis inuatiū ventositati matricis qñ ipm: cum
 ex castoreo accipitur quantū ē lens vna: et dissolui
 tur i oleo nardino: et distillatur: et attractio p na
 res ex fumigatione eius pfert apātibus pulmōis
 et infirmitatib? eius: et bibitur cu aceto ppter sin
 gultu: et facit sium: et delet dolorē vētris pūgituū
 bibitu cu aceto: et resoluit ventositatē: et prouocat
 menstrua: et extrahit secundinā cu bibunt ex eo. z.
 ij. cu mentastro: et melle post phlebotomiā saphe
 ne: qñ tunc prouocat sine nocumento: et exbit fe
 tu et remonet frigus matricis: et eius ventositatem
 et frigus testiculi: et puenit morsui venenatoz par
 uoz: et est tyriaca pfocationi ellebori: et qñ ex eo ē
 varium declinās ad nigredinē ē venenū: et qñq; i
 terficit in die vna: et cadit qui ab eo enadit i brisen
 eius vero bezoar ē acetositas citri: et acetū d vīo

et etiam lac asine ponitur loco eius quantū ipsuz
 ē d acaro: et qñtū medietas ipsius de pipere
 Lasaf idem est quod sumenet duo: et sumenet idē
 ē quod obulus

Lasumidar i. galanga
 Lasuluda idem quod supra
 Lasuridar idē qñ. s. **Las** i. galla
 Lassus arabice ē quedam planta quam cuz capre
 pascunt adherent pilis et barbis eaz humiditates
 que sunt laudandū: Dias. vocat eam cissos pro qua
 l. l. cissos

Lassum. i. cotilidon: vel cymbalaria: vel vmblicus
 veneris

Lascubas i. castoreum
 Las i. storax

Latapfia herba ē sicut fernla: habens folia: et fa
 tis calida: cuius aere et cōtactu tumescit facies: et
 manus tangentium ipsam: et ē taspia

Latara. i. salsum: vt in Alexandro de epatica dy
 senteria de calida causa: pisces in eucataro mari
 degentes. i. salso mari

Latarrus. i. fluoz rheumatis: vel fluxus de catar
 ticis. i. medicina laxatiua faciens fluxuz

Lataracta ē morbus oculi: et iterptatur flux? qñ
 fit de fluxu humor

Latare i. catapucie

Lataleptia. i. epileptia vicio extremitatū corporis
 scilicet manuum et pedum

Latata ē appetitus comedendi dissimilia

Lataricum i. purgatiuum. **Laxatiuum**

Lataif. i. cu multe placete parue de pasta facte q
 fixe in oleo ponuntur in patella vnam sup aliam
 locando melle inter omnes duas posito: et sic si
 mul comeduntur

Lataf i. atriplex

Latapfalma. i. leue emplastr: et ē malagma

Latanance fm Dias. folia habet minuta similia
 coriandro: et radices tenues sicut iuncus: et capita
 sex aut septem in quib? semen ē herbo simile: que
 capita cu se siccauerint terre declinantur: et sunt si
 milia vnguib? ancipitū. Est aliter genus catana
 ce: sic mala malana similit radice habens: s; mi
 norē et longam: folia habet similia oliue: sed mol
 liora: semen minutū et ptusum sicut ē cicer rufum
 ambe vero date amoz muliez faciūt: quib? ma
 xime in pessarijs mulieres vtuntur

Latamen i. puluis

Lataelicen. i. vtus retentina: q vocat catalica vt

Latacephalis i. inclinatio capitis

Lathach i. atriplex

Latafam idem quod supra

Latafora vt cataforetica passio ē qñ epileptia vt
 litargia sunt a mēbris inferiorib?: vocat similis
 cataleptia: et fm Dribasium cataforetica sunt illi
 qui sunt somno nimis granati

Lataleption ē planta q a Dias. of hermodactilus
 et ē plāta similis narcisco differens ab eo in flore
 et in bullo: p quo. l. l. surrugen

Latamodium i. iuxta modici. i. lula

Latapodia. i. q modica poter l' iglutiat et ē pil

Catacus .i. congelatio capitis
Cataracta est aqua in oculo confirmata phibēs
 visum **Katakta**
Catanisim .i. generatio: incarnatio: adherentia
Catafim belicon .i. secundum accidens
Catastozfa .i. conuersio stomachi quādo n̄ digēit
 sed p̄ secessum emittitur cibus sicut sumitur
Catatrapus .i. p̄ rectam lineam deriuatio
Catalipsum .i. cathocus
Catapielos idem quod supra
Cataron .i. brancus
Catafresis .i. sanguis putredo
Catafen .i. ferrugo ferri quam fabi ferrarij d̄ for
 nacibus eijciunt globatim
Catades .i. male habitudine
Catalich .i. hypoquistidos
Catatropa .i. fluxus stomachi deorsum
Catamireres ē species canne pro quo .i. l. gasap
Cata KATA .i. iuxta
Catalotium .i. cicatricium

Kap. 145.

Cataputia

ex ea ē maior: et mi
 nor: maior vocat̄
 arabice herma vel chatua vel chadia
 vel pentadactylus: grece vero cicī v̄l cī
 cei vel sisamus agrellis vel siselicipion: latine v̄o
 cataputia maior v̄l custos horti v̄l gyra solis. Mi
 nor ara. vocatur vendana: grece lecteris vel armi
 nae: latine vero cataputia minor. Cataputie due
 sunt species. nā ē maior et minor. Maior ē sicut ar
 bor ficus: licet minor: folia eius sicut folia platani
 semina eius stāt i arborē sicut vne. Minor habet
 hastā duoz palmoz et ianem. folia similia amig
 dalis: sed longiora: semen eius in cacumine virge
 rotundū de foris nigrum: deintus albū. sunt enim
 ambe quasi eiusdē p̄plexionis et virtutis. sunt enī
 ea. i. tertio: et hui. p̄ virtutē habet purgādi p̄leg
 ma p̄ncipaliter: secundario coleram et melancoliā.

Sera libro aggrega. capi. cathua anc. **Dias**.
 Cataputia maior que vocat̄ cathua
 vel chadia. ē arbor i magnitudine ficus: h̄ns folia
 filia dulb: nisi qz sunt maiora: leniora: et nigriora
 stipites et rami eius sunt concavi sicut et canna: et
 habet semen velut in ramis aspez: et qñ excoiat
 semen eius ē simile kirat: et ex eo exp̄m̄tur oleū
 de kernia. Minor ē planta quā multi p̄putāt iter
 lacticinioz species. habet stipitem vni? brachij lō
 gitudine habentē: et cōcauū in grossitudine vnius
 digiti: et in sumitate stipitis ramoz sunt ramulī
 parui: et ex folijs quedam sunt sup stipitē: et qdā
 sup illos ramulos: sed folia que sunt sup stipitē s̄
 longiora: similia folijs amigdale: nisi qz sunt latio
 ra et leniora: sed folia que sunt sup ramulos supio
 res sunt minora folijs stipitis: et sunt similia folijs
 aristologie longe appropinquātia similitudini fo
 lioz hedere: et habet fructū i sumitatibus ramulo
 rū triangularē: et velut rotundū sicut grana cap
 pari: et inter ipm̄ sunt semina que diuidunt p̄ pa
 rietes que sunt in eo: que semina sunt in magnitu
 die orobi: exterius subnigrū habentia colorē: sed

qñ excoiant sunt alba et habent sapore dulcem: et
 h̄nt radicē subtilē in qua nullū ē iuuamentum. Et
 idē auc. **Habix**: Habet folia lōga sicut digitus per
 ramos ordinata: ita qz qñ accipiunt assimilantur
 piscibus paruis: et p̄ hoc nomināt armenū ipm̄
 pisces: et qñ vulneratur in aliquo egredie de scis
 fura eius lac. Et idē auc. **Albingerig**: medane due
 sunt species: et habet folia sicut digitus et laxat si
 lacticina et est i sapore eius dulcedo. Et idē auc.
Bal. Cataputie minoris virtus est similis virtuti
 omniū speciey lacticinioz: et non differt ab eis nī
 si in vno quod est qz in semine eius est dulcedo: et
 hoc semen est illud quod habet p̄prietatē laxādi
 et est hec planta tota plena sicut alia lacticina. s̄
 virtus cataputie maioris est ea. et abstergit et re
 soluit: et virtus folioz est obilior virtute granoz
 oleū vero ex fructu eius calidius ē et subtilius p̄i
 bus olei cōmunis: et p̄ **Dias**. fm̄ trāslatioez
 p̄terea ē diaforeticus.

Dias. fm̄ trāslatioez
 cici. i. cataputia maior semen habet simile acinis
 frutex est illi arborosa: sic ficus sed minor: folia
 habet similia platano: sed maiora: leniora: et nigri
 ora: et hastas vallofas canne similes: semen vt bo
 trū compositum sed asperum: quod purgatum si
 mile est cretonis animalis: vnde exp̄m̄tur oleū
 cicinum. Sed cataputia minor hastam habet i cu
 bitū longitudine: sed inanem in grossitudine vni?
 digiti: in qua est capitellum rotundū: folia i hasta
 habet que sunt oblonga sicut amigdale: sed oblo
 giora: et in sumo haste sic aristologia aut hedera
 oblonga. semen est in cacumine virge eius obro
 tundū sicut capparīs que capita sunt separata a se
 semen de foris nigrū: et est intus album: et gustu
 dulce: radix eius tenuis et ē inutilis: oīs v̄o frutex
 eius lachrymo et succo plena est sicut tui mallus.

Bal. v̄j. sim. phar. capi. cici. Cici fructus
 idēst cataputie fructus qui purgat: ab
 steriliuam et diaforeticam habet virtutē: ita autē
 et flos: sed oīo debiliorē. olūz vero qd ex fru
 ctu est: calidius sub **Dosse**. Contra ar
 tilius et diaforeticus. **Dosse**. teticā: et pa
 ralyim: **Dosis**. 3. 5. benedictē simplicis cuz vino
 hermodactilato: et parte tertia. 3. cataputie var.
 Ad p̄seruationem sanitatis fructus cataputie
 viridis bene mundati et triti cum ouo mixti in vi
 scello ponantur: nam sine molestia purgant: vel
 cataputia b̄i mundata: et trita cū esula ponatur i
 vino: et detur addito cinnamomo: et alijs specie
 b̄ aromaticis. Ad vomitū puocandū si materia
 fuerit in ore stomachi frigida et i sanis et i egris
 cataputia b̄i trita cū oleo cicino oficiat: si sup os
 stomachi pōat vomitū puocat. Cōtra q̄tidianā d̄
 p̄blegmate salso: et scabiē cōterat cataputie m̄lte
 i q̄sitate: et p̄a i folijs caulū inolute s̄b cinē po
 nat̄ dū vt b̄i coquat̄: p̄a ē et ex p̄mat̄ oleū: et cū
 necesse fuerit: de p̄fici i cibis: l' aliomō: et ita p̄nt
 m̄lti d̄cipi. Ad idē fiat claretū h̄ mō cataputie b̄i
 trite cū melle decoquat̄ et cū tali melle: et v̄io fiat
 claretū. s̄z nōndū qz i. xx. li. vini suffic li. i. catapu
 tiaz. s̄ q̄dianā ex p̄blegmate salso seina atriplici

et radicia rape ablactent in aqua feruenti addita
 tertia parte. 2. cataputie detur cum succo acetoso.
 Ad quotidianam ob phlegmate vitreo pcedentibus
 diuiniis buliat. 3. in vino fortissimo: et addatur
 tertia pars cataputiaz mudatarum a cortice p^o co-
 laturam cum oximelle detur. Contra iliaca passionem
 buliat in aqua radices feniculi: et cassie lignee illi
 aqua addatur tertia pars. 2. cataputie: et iniiciatur p
 clystere mol. **Bera.** tunc qua abstergit et re-
 soluit: et vntus foliorum debiliore est virtute granorum: sed
 oleum eius est calidius et subtilius oleo oliuarum et p
 ppter hoc resoluit plus eo. Ex semine eius fit oleum:
 quod non administrat in cibis: sed in lucernis: et pos-
 tur in enguetis: et qui excoziant ex granis eius. xxx.
 et terunt et bibunt: purgant coleram et phlegma et hu-
 miditates aquas: et mouent vomitum et fluxum ventris
 et grana quidem eius sunt grana dura: laxant stoma-
 chum laxatione forti: et prouocant nauseam et vomitum
 et qui grana eius terunt et fit emplastrum cum eis: mun-
 dificant empetiginem. Et qui fit linimentum cum oleo eius
 solo: aut cum aceto sedat aperta mamillam. Et tepus
 qui debet fieri illud oleum est qui grana cadunt a cor-
 tice suo: quod oleum fert scabiei et vlcerebus humidis
 que sunt in capite: et apertibus eorum et coartatis o-
 matricis et cicatricibus fectis: qui remanet post solida-
 tionem clauorum et dolori aurium qui misceat cum aliquo vin-
 gueto fortificatione operatione eius: et qui laxat ventrem:
 et expellit lubricos. Et idem auct. Bedigoras. Pro-
 prietas granorum eius est quod dissoluunt subtiliatur et for-
 tificant membra: et incidunt supfluitatem: et conferunt
 leporem et similia. **Dias.** Virtus cataputie mior
 ter oleum eorum. **Dias.** ris est catartica. vij. gna
 accepta: aut ix. sicut catapodia comesta: et similis
 ea. aqua accepta phlegma: et colera deponit. succus
 ex eo factus sicut de timalo oia similiter facit
 folia eius cum gallina aut in scello accepta ventres
 soluit. sed cataputie maioris si. xxx. grana purga-
 ta fuerint accepta colera et phlegma ventris depo-
 nit: vomitum prouocant gustu non bono: hec purga-
 tio stomachum ledit: etritum et impositum maculas li-
 pidat: folia eius trita cum polenta tumores oculorum
 spargunt: durities oculos mammarum et tumores pfecti
 ignem sacrum sola extinguunt ipsa cum aceto mixta
 Catamodicum .i. paulatim
 Catzinazegi. i. fructus thamarisci: vel thamariscus
 domestica
 Catenua est species exiture oculi submersa: huius
 profunditatem que est vlcus profundum
 Catenua .i. altea
 Catemerinas .i. typus aphimerinus
 Catetirizim. i. vesice clysterizatio seu per vias virge
 medicatio
 Latelebum .i. flos lupuli
 Lateutica virtus .i. contentina
 Latelica virtus idem quod supra
 Latera. i. salimozia vel crisolocanna
 Catheunea .i. catennea
 Catilafon quid est. i. i. hermerocales
 Catin. i. annulus **Catimia.** i. cadimia

Catim .i. renes
 Catilofica .i. cicatricem inducens
 Catilabich est dictum strangulatoz patris sui
 Catilabket. i. strangulatoz canis: et sunt due plan-
 te de quibus Auius. facit duo capitula: et fin Dias.
 due sunt species aconitii
 Catimia de ipsa dictum est supra de cadimia. Plinius
 fit auricalcu ex lapide eroso quem vocant cadimia
 celebritas eius est in achaia: et quondam in cypria:
 nunc in bygamarico agro extrema parte Italie: fe-
 runt nunc in germania puincia repertum. Stephe-
 nus catimia est acalimia
 Catim fz Dias. cap. d. agrielia: quod oleaster vocat
 Catisebeo. i. tritura cris **Catimchatin.** i. renes.
 Catim est spaciū quod est a renibus vsque ad caudam
 Catbin est oleaster: et est oliua siluestris
 Catbica. i. dragantum **Catostaria.** i. nixa
 Catones. i. atriplices **Catrapotia.** i. catapodia
 Catostomachum .i. defensorium stomachi
 Catelobich .i. comarus
 Cathocus. i. congelatio capitis: et est egritudo facta
 ex frigida et sicca materia: et qui eger in ea figu-
 ra qua est apensus manet immobilis sine sedens si
 ne stans vel oculis apertis vel clausis: ideo inde
 cathocos vel cathemos eos appellabant veteres
 Cathocim idem quod supra
 Catholica. i. herba allippiados: et est herba que voca-
 tur herba catholica. Unde Dias. cap. de oleo ca-
 tholicon. Tolle herbe catholice: et sequit in aliis
 exemplis: qui laureola vocat: et non est de suo. nam
 non est vera expositio: Allippiados enim est camela
 que ara. mezereon et lippium dicit: quam ponit
 Dias. cap. de cameleas: sed laureola vocat dashoi-
 des: et similiter interpretat catholica. i. pfecta: et ca-
 tholicum. i. pfectum: ut in antidotario Gal. minori po-
 nit electuariū catholicon. i. electuariū pfectum
 Cathon. i. milium **Catostaria.** i. nixa
 Catropia. i. malignitas passionis alicuius
 Catul .i. cardamomum
 Catulu idem quod supra
 Cathasimbelicon .i. compassio
 Casax. i. papauer **Caxax** idem quod supra
 Cap. 146.
Carchax ara. vel chachili: vel
 caschasi: grece an-
 mone l' miconiu: latine vero papauer.
Gal. vij. sim. pbar. capi. micon. i.
 papauer. vnum quidem est
 ixias idest fluidum nominatum eo quod cito ab eo
 defluunt semina eius: vel quia ab eo cito defluit
 flos. Aliud vero est domesticum: quod est orten-
 se: et excolitur. Alio modo et alia duo sunt papauera
 siluestria vltra hec. Unum quidem quasi depres-
 sam habens codiam. Aliud autem oblongiore
 hoc totum est oblongius et aridius huius papa-
 ueris oposs. i. lactidini vni defluit: unde et quidam
 nominant id fluidum. Virtus autem omnium pa-
 pauerum est infrigidantia: sed ortensis quidem quod
 et calachitidam nominant moderate est somnife-
 rum semine aptum cni: propterea quidem et in panibus

miscetur id: et cū melle p̄m̄sc̄entes comedūt, p̄mi
 vero cuius cito florē defluere diximus semen for-
 tius ifrigidat quocirca nequaquā quis eo vter̄ intri-
 stantur sicut eo quod ē hortense: attamē ponūt id
 in cibis qui cū melle fiunt ⁊ n̄tro: ⁊ in panib⁹. ter-
 tio vero dicti semen nigrum existens iaz pharma-
 colium ē sufficienter inifrigidans. quarti autē dicti
 phararmacosius omnibus ē: ⁊ secūda semen: ⁊ secū-
 dum codiam: ⁊ fm̄ folia: ⁊ secundū op̄iū. i. lactici-
 nium. vehemēter inifrigidat vsq; ad torporē du-
 cens ⁊ morificationē. vnde medicus est vti eo bene
 miscendo cū pharmacis obtondentibus frigidita-
 tis fortitudinē. est enī ex quarto ⁊ vltimo inifrigi-
 dan.

Sera li. aggre. cap. carchar. auc. Dias.
 tiū. Papaueris multe sunt species.
 nam ex eo est domesticū: illud est papauer albū
 qd̄ seminatur i hortis: cuius capita sunt oblonga:
 ⁊ semen eius est album: ⁊ ex eo est agreste. ⁊ sunt
 eius due species. vna est habens caput depressum
 ⁊ semen eius est nigrū: supple ⁊ istud vocat̄ papa-
 ner rubē. ⁊ alia habet caput longū: minus tñ al-
 tero: ⁊ noiat̄ scil: ⁊ ex eo est papauer scussuz eo qd̄
 femina eius eo concusso cito cadunt: supple ⁊ illud
 est papauer nigrū. ⁊ ex eo ē almucaran qd̄ nascit̄
 iuxta mare in littorib⁹: ⁊ illud est papauer comu-
 tum qd̄ habet folia alba familia folijs plante que
 dicitur flomoe: scissa tñ: ⁊ sumitates altas sicut fo-
 lia papaueris agrestis: ⁊ stipitē simile illius stipiti
 ⁊ habet florem glaucū: ⁊ habet semen minutū in
 vaginis subtilibus ⁊ longis ⁊ curuis sicut cornua
 ⁊ sicut habet fenugrecū. ⁊ ppter hanc causāz no-
 minatur kiratidos ⁊ almicon: ⁊ eius expositio ē
 comutum papauer. ⁊ semen qd̄ est inclusum in il-
 lis vaginis est minutū nigrū ⁊ aspez. nascitur in
 locis marinis ⁊ asperis: ⁊ latine vocatur memit lz
 falso: vt patebit infra in littera celi donia: ⁊ in litte-
 ra glau.

Sal. vij. sim. phar. cap. micon chirā
 ciuz. tes. i. papauer comutū. nomina-
 tum est quidē sic a fructu breuē cōnexionē habē-
 tem sicut ⁊ fenugreci: ⁊ assumulat cornu bouino.
 vocatur autē ab aliquib⁹ papauer marinuz: qm̄ vt
 plurimū ppe mare nascitur. vntē autē habet incisi-
 uam ⁊ absterfina. Opium autē qd̄ ex succo ipsius
 fit fri. est in quarto: sicū in tertio. Papauer com-
 ponitur ab aperio: ⁊ vento: inde papauer qd̄ vento
 magis aperit florem. omnia papauera in figura
 foliorum conueniunt: licet aliqua ex eis sint mi-
 noza alijs: differunt tñ capitibus ⁊ floribus. nā ali-
 qua habent capita maiora: vt papauer albū: ⁊ ali-
 qua minora. differunt in floribus: qm̄ papauer al-
 bum habet florem albū. papauer nigrū habet flo-
 rem nigrū. papauer rubē habet florem sbrubē.
 papauer comutū habet florem glaucū. Item oīa
 papauera habent semen nigrū preter papauer al-
 bum qd̄ habet semen album. Sed sciendū qd̄ gū-
 mi cuilibet speciei papaueris preterq; papaueris
 comuti est opium. sed gūmi papaueris nigri est
 opium nigrū: forte ⁊ plus inifrigidat ⁊ desiccāt qd̄
 semen: ⁊ ingrossat qm̄ sumit̄ de ipso in parua qm̄
 tate: sicut granum ozobi: sedat dolores: ⁊ facit dor-

mire. Est enī opium gūmi papaueris ⁊ fit in hūc
 modū: mane priusq; sol desiccauerit rorem qd̄ ca-
 dit super plantas: fiant scissure in capitibus papa-
 ueris subtiles cū cultello non pfunde: nec transi-
 gatur cortex eius: sed superficies cutis solūmodo
 incidatur: deinde cū gūmi siue lac egressum fuerit
 a scissuris illic radatur directa scissura: quelibz tñ
 exprimatur abrasione: nec radatur cuz eo cortex
 papaueris. Accipiat̄ g h gūmi ⁊ coadunet i co-
 dea: ⁊ qm̄ colligis ex oibus papaueribus per ordi-
 nem reuertere ad prima papauera: ⁊ collige qd̄
 iterū aggregatuz inuenies super scissuras: ⁊ iterū
 tertio reuertere ⁊ vide si adhuc aliquid egredit̄:
 accipe g hoc gūmi ⁊ aggrega in vale mundo ⁊ te-
 re simul bene: ⁊ fac inde trociscos ⁊ repone. Sit
 autē opium alio modo: nam accipiuntur folia ⁊ ca-
 pita papaueris ⁊ teruntur bene: deinde exprimūt̄
 ⁊ fiunt inde trocisci: qui reponunt ⁊ virtus eozuz
 est debilior vntē alioz. Sed sciendū qd̄ tres sunt
 species opij. s. transe thebaicū: ⁊ opium miconis.
 transe dicitur a loco qui sic nominat̄. thebaicū
 dicitur illud qd̄ fit d̄ lacte papaueris nigri. ⁊ dicit̄
 thebaicū qd̄ thebis non fit aliud papauer nisi istud
 vnde Isidorus a regibus egypti dicitur thebaic⁹
 sed a thebis cadmi dicitur theban⁹: ⁊ istud est for-
 tius narcoticū. vnde quando simpliciter ponitur
 narcoticū forte vel opium: illud debet intelligi. s.
 opium miconis est illud qd̄ fit de lacte papaueris
 albi: vel de succo folioz ⁊ capitum eius: qd̄ papa-
 uer grece vocatur miconiū. Est autē aliud opium
 quirinarium vel cirinatū: ⁊ est lasar. i. gūmi qd̄
 dicitur aza fetida. ⁊ non habet illud cōplexionez
 virtutē aliaz supradictarū specierū apij: imo ē ca-
 lide cōplexionis: sicut inuenies in l. lasar.

Dias. cap. de opio. Opium succus est ⁊ lac
 cratici papaueris: qd̄ sic colligitur
 capitella acuta scalpello incidūtur: ita tñ qd̄ nō in-
 trinfec⁹ ledant̄: ⁊ sic lac qd̄ emanat digito tegit̄: ⁊
 i cotulis reponit̄ ⁊ siccat̄. miconiuz autē fit ptri-
 tis in vnū folijs ⁊ capitellis albi papauer: vel fit
 de lacte ei⁹. vtz optimū est opium odoris grauis
 colore sbruffum: gustu amarissimū: ⁊ qd̄ humore
 cito re

Auic. li. ij. cap. de papauere. Papauere
 soluit̄. ris plures sunt spēs: hortulāi et
 campestris. ⁊ silr est nigrū: ⁊ est species comuti qd̄
 est marinuz: ⁊ fruct⁹ eius est citrinus. ⁊ ē ista spēs
 papauer comutū: ⁊ melius ⁊ sanū est albū. ⁊ opor-
 tet quidem ut terantur capita cuiuscūq; speciei re-
 centia ⁊ fiant ex eis trocisci: ⁊ referuent̄ ⁊ admi-
 nistrentur. hortulanū est fri. ⁊ sic. i. secūdo: ⁊ nigrū
 in tertio: ⁊ dicitur vsq; ad quartū. Et papauer ma-
 rinum comutū est: cuius frutex est curuat⁹ sicut
 cornua thauri: est absterfina ⁊ incisiua: ⁊ est vehe-
 mentis absterfionis. Opium fm̄ Dibasium cap.
 de opio. est succus papaueris nigri egypti: ⁊ eius
 quidē potio nō additur supra danich duos. qm̄q;
 vero fit opium etiā ex semine lactuce agrestis: ⁊ ē
 stupefactiū debile subtile. opium preterea assaf
 super lamiā ferream ignitam ⁊ fit rubeum. qd̄ ex
 eo est electum est gratius acuti odoris frangibile

facile resoluitur in aqua et coagulatur in liquefacti-
one: et resoluitur in sole: et non extinguit candelas
cum ex eo inflamatur. citrinum autem figens aquas
asperum debilis odoris: clari coloris: hoc tale est fal-
sificatum cum memithe: et quandoque adulteratur cum
lacte lactuce siluestris: et est debilis odoris. et adul-
teratur cum gummi: et est splendidum et clarum: valde
fri. est et sic. **Dosse.** Virtus papaveri do-
in quarto. **Dosse.** mestice dicte speciei est
que infrigidat frigiditate forti: et illud papaver est
quod plus ingreditur in medicinis. unde quando pa-
paver simpliciter ponitur in medicinis illud de-
bet intelligi. unde valet in medicinis semen eius: so-
lia capita et lac. virtus eius est fri. i. quarto gradu.

Dias. cap. animonis secundum translationem no-
stram: Virtus est omnibus fri. quorum
folia et capitella cocta in aqua: et facile fomentata
somnia prestant. similiter elixatura eorum bibi-
ta facere potest. et folia eius cataplasmatibus adbi-
bita tumorem tollit: et ignem sacrum extingunt
multi vero terunt capitella ipsa viridia: et troiscos
faciunt: et sic vtiunt. Capitella sola elixa in aqua
mixto melle et inspissata in cocturam ut electua-
rium datur. facit vero ad tussim et rheumatissimum. ci-
liacis maxime prodest: addito succo hypoquistidos
et acacie. semen vero nigri miconis tritum cum vino
bibitum rheumatissimum ventris et fluxum mulierum
abstinet. tritum in aqua et impositum in cataplas-
matibus supra frontem et tempora somnum indu-
cit. semen vero eius tanquam herba acceptum anoidum
est et somnum prestat. tussim mitigat. fluxum ven-
tris abstinet. et si plus bibitum fuerit litargicos fa-
cit: et occidit dolorem capitis. cum oleo ro. medican-
do compositum dolorem aurium. cum oleo amigda-
li no aut croco aut mirrha infusum curat dolorem
oculorum: et tumorem vitello oui medio et croco mi-
xto compositum. ignem sacrum etiam extinguit. vulne-
ra ad sanitatem perducit. podagricis cum lacte mu-
lieris et croco subuenit. ano suppositum collyrium ex
eo som-
li. aggreg. auc. **Dias.** Domesti-
cum facit. **Sera.** ci papaveris semen inducit so-
num temperate quando pulverizatur cum pane
aut miscetur cum melle et comeditur. sed confusum
semen eius infrigidat frigiditate forti. et gummi eius
papaveris et succus eius est opium. Sed seilicet. lig-
dum ingreditur plus in medicinis valet semine eius
et folia et lac ipsi. et virtus eorum est que infrigidat i
quarto gradu. et illa est virtus narcotica et mori-
ficativa. Et idem aucto. Gal. Virtus domestici et
agrestis est infrigidativa. et propterea si coquantur
folia eius cum capitibus in aqua et fundetur eius
decoctio super caput facit dormire: et quando te-
runtur eius folia contritione forti et miscentur cum
sanich: et fit inde emplastrum apostematibus cali-
dis et herisipille: et datur ex eo in potu non potenti-
bus dormire: et teruntur capita papaveris recen-
tia et fiunt troisci que desiccantur et reponuntur
et administrantur. et quando coquantur capita pa-
paveris in aqua donec consumatur aque medie-
tas: deinde admiscetur illi decoctioni mel et iterum

coquitur donec coaguletur: et fit inde loboch: est
valde bonum tussi et superfluitatibus que descendunt
ad cannam pulmonis: et fluxui antiquo menstruorum
quando autem admiscemus ei acacia et hypoquisti-
dos fit fortius ad hoc. Semen vero nigri papaveri
teritur fortiter et datur in potu cum vino in fluxu
ventris: et in cursu humorum antiquo ex matrice
cauendum tamen est a nimietate usus eius ne inducat
subeth: aut lithargias: aut etiam mortem. et teritur et
cum aqua: aut cum aqua rosarum fit emplastrum
fronti et temporibus ad nimias vigilias: et ad do-
lorem capitis. et quando sumitur de ipso opio parva quan-
titas sicut est granum orobi facit dormire: et sedat
dolorem: et confert tussi et fluxui antiquo. et decoctio
papaveris albi quando abluatur cum ea caput
facit dormire temperate. et si aliquis vtiatur eo ni-
mis inducit subeth. et si sumatur in potu confert
morbis qui sunt ab humoribus qui descendunt a
cerebro: quia repellit eos: et maxime quando sumitur cum
aqua pluvie et vino. et quando ex eo sumitur quantitas ma-
gna facit subeth: et postea occidit. et miscetur cum
mirrha et oleo rosarum et croco: et distillat in au-
rem. et confert apostematibus calidis oculorum. et
quando dissolvitur in aceto confert herisipille. et
quando miscetur cum lacte mulieris et croco confert po-
dagre: et fit ex eo suppositorium parvum et ponitur
in ano et facit dormire. est autem usus operi i collyriis
ut dicit idem Serapion. Diagonas autem prohibet
ut usum eius in egritudinibus oculorum et aurium
quoniam debilitat sua frigiditate membra illa. Rundera-
dos dicit quod nisi adulteratur inducit cecitatem quod
intromitteretur: et dicit quod iuvamentum eius solum
est in odorando faciens dormire. alijs vero omnibus
modis usus eius est malus: et piculosus valde. sed
hi omnes erraverunt: quoniam operatio eius ve-
rificatur per experientiam. Et idem Sera. aucto.
Gali. Papaver comutum laxat ventrem laxatione
leni: unde abstergit: incidit: et dissolvit: et diminuit.
et quando decoquitur in aqua usque ad consumptio-
nem medietatis confert egritudinibus epatis: et flos
eius et folia conferunt multum apostematibus for-
didis. et oportet quod caveatur postquam mundificata fu-
erint: quia abstergit abstersione forti quousque dis-
solvit: et diminuit carnem: et ipsa quidem auferunt
escaras adustas que sunt in eis. et quando coquitur ra-
dis huius plante cum aqua usque ad consumptio-
nem medietatis: et datur in potu decoctio eius con-
fert sciaticis: et doloribus epatis: et confert illis qui
habent in vasis suis velut telam araneam: quorum
urina est grossa. et semen eius quando sumitur in potu
in quantitate duarum casul cum melicrato: laxat ven-
trem laxatione leni. et flos eius et folia quando fit em-
plastrum cum eis addito oleo: auferunt fraudulentiam
ulcerum. et quando cum eis fit cohob oculis animalium auferunt
ulcera que fiunt in cornea: que dicuntur arga-
men: et illa que dicuntur facalia. et quidam errant in
hac planta putantes quod ex ea exprimat succus ex
quo fiat siem memithe: et error contingit propter si-
militudinem quam habet in folijs suis cum memithe
sed stipitis ipsius papaveris longitudo est vnius

palmi: et folia eius sunt parua multum similia fo-
lijs storobion. iuxta folia eius e semen album. et
vga eius et flos et semen assummlatur virge et folijs
et semini turbat in sua albedine. et habet radicem sub-
tilem nascentem in multis locis. et colligitur semē
eius postq̄ fuerit bene maturatū: et hoc fit in esta-
te: et desiccatur et reponitur. de quo accipitur pon-
dus. 3. ij. et bibitur cū melicrato: mundificat stoma-
chum per vomitum: et purgat. et cōfert epilepticis
pprie. et semen eius purgat phlegma. Et idē auc.
Alben mesuai. Decoctio papaueris albi qñ lauat
cum ea caput facit dormire dormitione tempera-
ta. sed si aliquis viatur ea nimis inducit subeth. et
si sumatur in potu cōfert tussi que fit ab humo.
cali. qui descendunt a cerebro: quia repellit eos: et
maxime quando sumitur cū aqua pluviali.

Sal. vij. sim. phar. cap. micon catapucos. ra-
dix huius herbe cocta in aqua vsq̄ ad
medietatem epaticos iuuat. et flores et folia valde
sordida et male morigerata vlcera iuuat. abscede-
re autē ab eis oportet cum iam fuerint vlcera mū-
da. in tantū enim abstergere nata sunt vt ipsi mū-
de carnis non derelinquantur quid. ppter namq̄
foritudinem nedum sordes sed etiam escaras vl-
ceris au. **Anic.** Species papaueris sunt infri-
ferunt. **Anic.** gidiatue: et non est in ipso con-
glutinatō de qua fit curandum. et illud quidem
qđ est nigrum ē ingrossatiū: et siccatiniū. et flos q
dem campestris mundificat vlcera in oculis ani-
malium. et linitur species eius pter marinum su-
per heresipillaz. et ex campestri fit emplastrū cū
oleo super vlcera: et eradicat ea. et linitur etiam cā
pestre cum lacte super podogram et cōfert. et qñ
coquitur radix eius in aqua donec consumat eius
medietas in potu datur sciaticae. et facit somnum
et pprie illud qđ nigrū est. et est stupefactiū. et cū
licinio supponitur: et facit dormire. et phibet catar-
rum. et cū habenti vigilias fronti ex eo emplastrū
superponitur iuuatur inde. et similiter qñ embro-
catur decoctio eius: et administratur illud qđ fri-
gidum est in dolore oculi uehementi scilicet apud
necessitatē. sed in ipso est cautela obseruanda sicut
drimus. et cōfert tussi calide. et fluxibus ad pect̄
et spūto sanguinis: et sumitur ex hoc loboc confe-
rens tussi calide valde: et pprie quando misceat cū
acaci et succo barbe hircine. Silius vō Mesaru-
rugie inquit. Semen nigri mundificat pectus. cor-
ticū aut manifestior dispositio est q̄ adiuuat ad
spuendum. et in toto semine eius est mundificatio
album et nigrum qñ multuz teruntur et dantur in
potu cum vino nigro et pontico: dicuntur sedare
fluxum antiquū. et natura quidē eius nō est vacua
a vīte solutiua. et cum hoc resolutiua resoluitur i
aq̄. et ex decoctione ei⁹ uehementi qñ fit clystere cō-
fert dysenterie. et qñ bibitur semē eius cum syrupo
karat. iij. lenit naturam. et semen eius qđ domesti-
cum est cū melle augmentat sperma. et qñ dar de
spumoso vel marino qñtas eschute vnius in me-
licrato facit vomere: et soluit spumofum phlegma
et humorem crudum. folia eius valent ad vlcera

sordida. et corrodunt carnem additam ppter suaz
absterfionem. et eradicant escaras. et similiter flos
eius. et non est conueniens vlceribus manifestis p-
pter superfluitatē sue absterfionis. et cum ex eo sit
vomitū bibito fm qñtatem eschute in melicra-
to iuuantur ipsi epileptici. et oleum eius cū oleo
rosarū est conueniens sode quando iungitur ex
eo caput: tamē ab eo abstinere q̄to plus possibi-
le est melius est. quando eius decoctio etiaz distil-
latur in aurem fortis doloris sedat dolorem eius
et cōfert humiditatibus stomachi. et qñ radix de-
coquitur in aqua donec medietur aqua cōfert
egritudinibus epatis. et ille in cuius ventre est hu-
mor grossus cū semine spumosi vomat.

Sera. auc. Rasis. Opium cōfert fluxui vē-
tris et vlcerib⁹ intestinor. et dosis ē ab
vno danich vsq̄ ad duos. et qñtas occidens ex eo
est. 3. ij. Et dixit. Opium si datur illis quoz virtus
dissoluit ppter vigilias curat eos: eo q̄ facit dor-
mire: et sic facit reuerti vītutē eoz. Et dixit Sal. in
li. de ingenio sanitatis q̄ opium mādragoza et iuf-
quiamus de. **Dial.** cap. de opio. Pōt aut
siccant vlcera. **Dial.** opium lachrymas re-
stringere collizis admixtum et circūlinitum re-
frigerare. et aurium dolorem et totius corporis mi-
tigare: illa videlicet ratione qua somnū facē dicit

Anic. li. ij. cap. de opio. Opium est narcotici
sedatiuum oīs doloris: siue sit bibitiū
siue linitū: et potio ipsius sit qñtas lenticule magne
et cōfert apostematibus magnis et precipue calu-
dis. et in ipso exsiccatō vlcerū est: et permiscet cū
vitello oui afflato. et linitur ex eo podogra et tunc
sedatur dolor: et pprie cum lacte. et facit dormire
etiam si supponatur cum licinio aut absq̄ licinio
et sedat etiam cum distillatur tritum cū oleo ro-
in aurem infirmā cum mirrha et croco. et sedat so-
dam antiquam. et sanatur ex ea et ipsum ex eis q̄
destruūt sensum et intellectum. et sedat dolores ob-
thalmie et apostemata eius cum lacte mulieris. plu-
res aut antiquoz fuerunt qui non fuerunt eo vfi
in obtalmia ppter nocumentū qđ visui infert. et
sedat tussim continuā. et plurimū sedatur ex eo il-
la que ex ea clamosa est. stomachos qñuat eo q̄
aggregat. et illud cum est lassus ex calore et humi-
ditate. et in pluribus dispositionibus cum bibitur
soluit absq̄ castoreo. destruit digestionem atq̄ di-
minuit eaz valde. et retinet solutionē. et cōfert dy-
senterie et vlceribus intestinor. et interficit conge-
lando vtutes: et extinguendo calorem innatum. et
eius quidem tyriaca est castoreum. et loco eius po-
nitur triplum seminis iusquiami. et duplum eius
de semine mandragore

Laxos	.i. cedria
Laxobos	idem qđ supra
Laxros	idem quod supra
Laxu	.i. cardamomum
Laxui	idem quod supra
Laxru	idem quod supra
Layros	.i. cedria
Layfus	ē spēs spume mar

Layt	i.oleum
Laytaton	i.oleum oliuarum
Lazazzegei	i.fructus thamarisci: vel thamariscus domestica
Lazuna	idem quod supra
Lazimzegei	idem quod supra
Lazefati sunt serpentes breues parui qui quandoq; occultantur in arboribus ut pŕiciant se ad illuz g transit prope eos	
Laze	i.testa figuli
Lazir	i.stagnum
Lazedir	idem quod supra
Lazedirir	idem qđ supra
Lazola est quoddā vas vitreū in quo decoquitur cibus infirmoz	
Chacus	i.bellebonus
Carmel	i.cicuta
Charmel	i.cicuta
Chamelea i. cardus maior: et chamelea	
Chamiri	i.ebulus
Cameleuci	i.sigillū salomonis
Cham i. basilicon: et cham est quoddam flumen i quo inuenitur aspalum	
Chamuchalcapar	i.capparus
Chamuchanuidem	i.anuidem
Chamuchsebec	i.anetum
Chassacon	i.calaris
Charaū est granum parū simile cardamomo	
Chabat	i.malus
Chautin	i.memitbe
Chauchati i. soda fortis pphendēs totū caput	
Chaua i. vinum album et debile	
Chadia	i.catapucia
Chabel	i.vulpis
Chalbanum	i.galbanum
Chamelea	i.camelea
Chamus	i.fermentum
Chameleon	i.cameleon
Chas i. lactuca	i. charis i. alcaris
Chali	i.alcali
Chaisum i. superiora foramina nasi	
Chanan	i.celidonia
Chamebalanos	i.rhaphanus agrestis
Chaurum	i.celidonia
Changameth sunt ea que sunt salita et cōposita et comeduntur post cibum: sicut capparis et olue	
Chatua quid est i. i. capucia	
Chadia	idem quod supra
Chabat	i.ozimum
Chabati	i.malus
Chatum i. incubus	i. Chameb i. vus
Chabi i. citrullus	i. Chab i. manus

Chachille ara grece αζαζ. lati ne vō soldana: vel **Sera** li. ag. cap. chachille est herba similis vñen: nisi qđ ē maior. et hōies quidem comedūt eā cum sicibz sicut comedunt alia olera. et folia ei⁹ assimilantur folijs nasturtij. et ipsa est apliozis hu

miditatis qđ cícera: et magis aquosa. Et idem anc. Babilx. Chachille oritur in sterquilis: et est herba similis vñen: et non est vñen. et i ea ē aliqua caliditas ppter suam falsedinem. et eius falsedo ē falsedinis baurach. et habet ppteritatem laxadi aquā citrinam cum bibitur ex ea aqua eius: et non oportet qđ buliat super ignem quia amitteret virtutem sed detur i potu de eius succo sine ebullitōe. et qđtas que dat de ea est ab vna tertia lib. vsq; ad duas partes lib. cum. 3. x. zucari albi aut rubei fortis rubedinis: quod est: quia rubcum cuz lebleb: et cū fumo terre: et cuz cachelie fortioris vñis est qđ album. Et idem aucto. ysaac benaram. Chachille est herba similis cicute in operatione sua. et est cali. et sic. cuius ppteritas est qđ aufert eructationes coruptas. et aqua eius purgat aquam citrinam. et cōfert tumoribus ventris: et debilitati epatis. et ē cōueniens nutrimento. et habet operationem in stomacho ppter viscositatem paucam que est in ea. Et idem anc. Alben mēsuai. Proprietates eius ē la rare aquam citrinam subito. et dosis eius est a quatuor partibus lib. vsq; ad partes duas absq; qđ buliat. Et idem anc. Rasis purgat aquam citrinaz: et puocat vrinam.

Cap. 148.

Chardel arab. gre. vō et la. sina pis. Sinapis duplex est spēs. vna est cuius semia exteri⁹ sūt subnigra: interius vero alba. Alia hui⁹ semia interius et exterius sunt alba: et hñt vñā virtutem: s; prima species est acutior secunda. et com ponitur sinapis a semi et napus: vnde sinapis. i. semi napus: quia tenet medium inter sinapim et napum. est ca. et sic in medio quarti gradus.

Sera li. aggre. ca. chardel. auc. Dias. Chardel i. sinapis. et est eligēdū qđ nō ē ni mis siccū: nec extenuatū: et h; gñuz grossū: et si frāgit ē albū interius: et ē humidū. nā istud tale ē nouum bonum. Idem anc. Gal. est cali. et sic i quar. li. qđ sinapi. Sinapis est calida et du. **Aui** sica i quarto gradu.

Dosse. Sera Virtus folioz ē cal. vlceratiua: et ppter hoc pungit multum quando teritur: et misceat cuz radice enule: et dimittatur super locū p spaciū hore: et fert sciaticę vlcerose: et spleni. et linif cuz eo scabies vlcerosa. et aufert maculas vnguiū. et fert qñ radix ei⁹ suspendit in collo habentiū dolorem dentiū: nam sedat eū. Idē anc. Dias. Sinapis vñ eius ē cali. et subtiliat: et attrahit qñ masticat. et qñ terit et misceat cū aqua et tēperat cū hydromelle et fit inde gargarismus: fert apostematib⁹ radiciis lingue: et antique asperitati pulmonis: facto cū eo gargarismate. et qñ fit cū eo emplastrū cū reb⁹ cōuenientibus ad hoc: resoluit ierosulas. et qñ terit et applicat naribus cōmouet sternutationē. et confert epilepticis excitans eos. et mulieri que patitur suffocationē matrici. et fert litargie qñ fit emplastrū cū eo sup caput postq; fecit capillos ei⁹ ab radi. et qñ admisceat cū cariciis et ponit sup cutim

Chiraneum ulcus Χειρῶνιον ἔλκωσ appellatur in gr. cels. quod magnum est. et hñt omes duas, rollosas. pueriles. Ita dictū putant alij. quod Chiron medicus indiguit. Nam χείρ ἐξ ὧν dicitur à telepho qui hoc male laborauit.

donec rubeat: confert sciaticæ: et duriciæ splenis. et est ueniens propter dolores antiquos: quoniam volumus attrahere aliquem humorem ad exteriora. et quoniam fit emplastrum cum eo curat alopecia. et quoniam miscetur cum melle et adipe: aut cum cera et oleo dissoluta mundificat faciem: et auferit maculam seu liuorem qui fit sub oculo. et coquitur cum aceto. et linitur cum eo scabies ulcerata: et empetigo. et quoniam teritur grosse et datur in potu fert febrem periodicam. et fert granitati auditus: et tinnitui aurium. et quoniam teritur et miscetur cum aqua et melle: et fit in de collyrio fert obscuritati visus et pruritui palpebrarum. **Auic.** Sinapis incidit phlegma. et oleum eius est calidum oleo raphani. et fugiunt ex fumo eius vermes venenosi. et illa que est filicis generat humorem malum. et in ipsa sunt absterfio et resolutio. et homines quidam comedunt folia eius et radicem eius elixatam et mundificat faciem: et auferit occultationem: et vestigia sanguinis mortui. et filicis est bonum emplastrum foridiciæ. et exsiccat linguas. et confert alopecie. et resoluunt apostemata calida: et occlusa apostema antiquum. et ponitur cum caulibus super scrophulas et fert scabiei: et empetigini. et confert ad dolorem iuncturarum: et sciaticæ. et mundificat humiditates que sunt in capite. et fit ex ea emplastrum capiti eius qui patitur lithargia. et aqua eius distillatur ad omnem dolorem aurium: et molaris. et si militer eius oleum: et propter quoniam decoquitur in ipsa assa. et est ex medicinis aperientibus colatorum opilationem. et dixerunt quidam quod si bibas a ieiuno intellectum efficit bonum. et administratur in alcohol oculi ad pannum et asperitatem. si teratur et bibatur cum aqua mellis auferit asperitatem antiquam in cana pulmonis. et extenuat splenem. et facit siccum et fert provocatiōi matricis. et facit desiderium coitus.

Cap. 149.

Q **Chauras** ara. gre. et la. Ser. line byzundo.

li. aggre. cap. chauras. auc. Gal. multa faciunt cum melle et liniunt squinantiam: et omnia apostemata gutturis: et vulue. et multi sunt qui vident hoc cinere in cobol ad acuendum visum. et alij desiccant byzundines et terunt et dant in potu vel puluere illo aures vnum ad has infirmitates.

W **Dias** cap. de byzundinibus. quoniam accipitur pulvis byzundinis in augmento lune: et fit primus quem habuit mater in nido eius: et scinditur inueniuntur in ventre eius duo lapides: quorum unus est vnius coloris: et alius habet colores diuersos: qui stringantur in choreo vituli aut cerui antequam tangant terram: et suspenduntur in collo aut in brachio epileptici: et confert eis. et multi fecerunt hoc et curati sunt curatione perfecta. et quando byzundo comeditur habet saporem sicut anis que dicitur fadag. i. facetola. et fit ex eo cobol: et acuit visum. et quando comburuntur magne byzundines: et miscetur cinis earum cum melle: et fit inde cobol: caligines oculorum detergit. hoc etiam squinantie prodest et vulue. faucium tumorem coepescit. et saluuntur: et siccantur et fit inde pulvis: et accipitur. et cum aqua et confert squinantie et apostematibus gutturis et vulue. et si

militer facit cinis pulloz eius quando aduritur cerebrum eius quando miscetur cum melle: et fit inde cobol in principio descensus aque ad oculum fert.

Cap. 150.

Q **Chasialkel** ara. gre. orchis vel afrodisia: vel priapismos: latine vero testicul? vulpis: vel satyrion: vel leporina.

Sera. li. aggre. cap. chasialkel siue chasial theb. sunt eius duo genera. vnum habet radicem seu testiculos albos: et vocatur chasialkel. aliud vero habet testiculos rubeos de foris: in tus vero albos: et vocatur chasiahel. primum genus satyrionis vocatur testiculus canis: et grece kino forchis: et est planta que habet folia extensa super terram. prope ipsam: et ortus est ex radice vni? stipitis. et folia eius sunt similia folijs oliue: nisi quod sunt subtiliores eis et longiora super terram extensa. et longitudo eius est fere in longitudine vnius palmi. et florem habet coloris purpurei. radix eius est similis radici bulbi: nisi quia est tendens ad longitudinem et subtilitatem. et est duplex sicut sunt due oliue in figura: vna inferius: et alia superius. et vna plena: et alia vacua rugosa. et comeditur radix eius elixata sicut bulb? et iste dicitur satyrion quo oculi coiter vtuntur: et subdit. Secundum vero genus satyrionis habet duas species: vna est que vocatur ara. chasialhabel: siue chasialhaleb. i. testiculus vulpis et vocatur similiter catharich. et nominatur hoc in greco trifolium: quia plurimum quod de eo nascitur est habens tria folia declinantia versus terram: et simulantur folijs acetose maioris: aut folijs lilij: nisi quia sunt minora eis. et in testiculo suo est rubedo declinans rubedini sanguinis. et habet stipitem subtilem longitudine vnius brachij. et habet florem similem floribus lilij albi in figura. et radix eius assimilatur cepe bulbi in figura: et est in magnitudine mali exterius rubei coloris: interius albi sicut ouum. et quod de ipsa administratur est radix. **Gal.** viij. sim. phar. ca. d. testiculus canis s? in f lationem ara. est dulcis radix eius. et v? tus est eius calida et hu. nisi quia in humiditate eius est inflatio superflua: et incitat libidinem.

Gal. viij. sim. phar. ca. satyrion: s? in translati onez grecâ. Satyrion vel trifolium humide est et ca. complexionis: quocirca et gustantibus ipsum videtur dulce. et venenosam humiditatem possidet: et propterea puocat ad venerea. hoc autem et radix hui? efficere nata est: vt quidam scribunt. etiam episcotonum sanat cum vino nigro austero bibitur et idem s? in translatione arabica de testiculo canis radix eius est duplex similis radici bulbi. vna plena. et sapor illius radices que est plena est dulcis multe humiditatis et superfluitatis inflatur: que quoniam bibit incitat libidinem. et alia mollior siue vacua que habet complexionem que declinat ad caliditatem et siccitatem. et est in ea humiditas digesta digestionem completa: ideo contingit quod cum hoc quod non incitat coitum facit contrarium: et abscindit eum. et iste ambe radices comedunt assate sicut comeditur

radix **Dias** cap. orchis fm translatione nra
bulbi. **Dichis**. i. satyrion. dr de radice
ei? q si vir comedit partē maiore ei? generat mas
culos: r si minore comedit generat feminam. r q
mulieres partū Itale dant tritam cū lacte capra
rū ad incitandum libidine. r quelibet ipsarū habz
operationē hiaz alterius qn bibi. nascit in locis
petrosis r arenosis. Et idē auc. Archisalie: alia est
species quā nominant quidā sandachias. ppē suū
inuamentū magnū: r ē herba habens folia similia
folijs porbor: nisi qā sunt latiora. r ē humiditas
in ea q adberet manū habens hastā longā circa
longitudinē vnius palmi: r habet florē purpureū
r radicē simi. **Sal**. viij. sim. phar. cap. orchis:
lē testiculis. quā r serapicidaz vocant
secundū translationē grecā i sapore istius speciei
supple vltimē dicte auctori. Archisalie est stiptici
tas. r vñus ei? ē siccior vñute radicis que dicta ē pū
us. r ppter hoc etiā non ita confert in coitu sicut
pdicta. r desiccatur: r adhuc siccior vñus ei? ē etiā
que resoluit apostemata inflata qn ponit sup eas
r mundificat exituras fordidās. r curat herisipillā
r qn ē sicca curat apostemata fraudulenta putri
da. r qā i ipsa ē stipticitas retinet ventrē qn bibi.

Dias. Quando de ipsa specie fit emplastrū
ipsis testiculis: resoluit apostemata
phlegmatica eoz. r mundificat vlcera: r formicaz
r aperit emoroidas. r qn fit emplastrū cū ea: sedat
apostemata calida. r si administrat sicca phibz di
lationē vlcerū: r abscindit putredinē eoz. r curat
vlcera fraudulenta que sunt in ore. Sz sciendū q
satyrion ē ca. r hu. in primo. sed ē alia spēs satyrionis
que vocat herba basilica gre. ara. digiti citri
ni: vel buzeiden: latine vō palma xpi: cui? folia sūt
similia pūme speciei satyrionis: sed gratioziora cuz
nigris punctis. radix ei? brance manus vel palme
manus habet similitudinē: floris crocei. cum vino
vel aqua tritū crocatū efficitur. Oribasius cap. 6
palma xpi. venenis resistit: quā qui habuerit a ma
leficijs r vene. **Anic**. li. ij. capi. digiti citrini
nis secur? erit. eius figura ē sicut vo
la manus cōmixta ex citrinitate: r albedine. r est
dura: in qua est parū dulcedinis. r ex ea ē citrina
cū parua alteratione atq; albedine. est ca. r sic. i se
cundo. resoluit superfluitates grossas valde. r ē ei
pprietas valde mundificandi cutim. r cōfert me
bris nervosis r impedimentis suis. r cōfert manie
pprie. r loco eius in inuamento manie ponit qstū
ē medietas ei? ex bederaxen cū duabus tertijs ip
sius de sep.

Classa. i. gūma iuniperi **Classa**. tardus avis
Clalagefale i. canlis
Clasfedia est species syringe qua injicit medicia
in vesicā. ppter ipulsionē instrumenti solidi in cō
catum instrumentum
Clacora trigdana ē quoddā genus obstracoz
marinorum magnorum.
Clasinosimom i. almea
Clau dicunt apostemata non magna de materia
sanguinea vel p pte cholerice: que r furunculū a g

busdam vocantur vel carbunculi. r dicitur filr
clausus quedam species verruce

Clauis vocatur exitus vñee tunice oculi

Clauitis est prima species cassiligne

Clatus est pondus. 3. ij. minus tertia

Clatem i. germē molle palme

Crana sine croma est vinum herbarum siue ne

ctar: vt in Alexandro

Cresca. i. crocus

Cratum

Cramu quid est. i. l. cranea

Craseleos. i. ebrietas: a cra quod est craneum r se

los quod est ictigatio

Crachi. i. ordeum

Crapula. i. imoderata voracitas qn crudela epula

Cramina. i. clareum
i. confectio coloris

Crascum. i. crocus

Crapi. i. imoderata voracitas qn crudela epula

Cap. 151.

Cranea gre. lat. cornū: vñ corni
cellū. r ē cornea arbor
Dias cap. cornea. semen r fru
ctum habet similitē oliue.

sed paulo oblongius r viride. r vocatur gre. car
mu: qd cū maturatū fuerit obrufum habet colorē
bonum in se habēs sapore. stipticū est. r ideo dis
solutionē ventris r dysentericos curat. r cū in vul
core positū fuerit māducari potest quomodo oli
ue condiunt cū. **Dosse**. **Dias**. hu
sale. fri. est r sic.

Dosse. **Dias**. hu
solia cū ligno suo in foca missa sudationē reddūt
que illinita zernas. **Sal**. ij. de cibis capi. de ci
optime sanat. **Sal**. bis siluestribus. Cor
nu vō r bati r glandes r ceteri fructus siluestres
modicū nutritionis habent. cacochimi sunt r ma
li stomacho r indelectabilissimi. porcorū vō esca
existentes non domesticorū: sed in montibus mo
do admiscetur succus radice eius cū melle acuit
visum. Et idem Sera. virtus solatri manialis est
q̄ qñ bibitur ex radice eius. 3. i. inducit somnia nō
recta sed aliena. et qñ bibuntur ex eo. 3. ij. inducunt
furoz: et velut ebrietatē tribus vel quatuor dieb⁹.
et qñ bibunt. 3. iij. faciunt hoc idem et eū occidunt
et cura eius est melicratūz qñ bibitur ex eo q̄titas
plurima: et euomatur: et fiat hoc sepe. Et idē auct.
mesealab: solatrū maniale est fri. et sic in tertio
du. et ē plus stipticū q̄ omnis alia herba. extinguit
calorē igneū. et fructus eius generat semp permi
stioz sensus. et ideo. **Sal.** virtus coruicis radi
cis eius fri. in fine ē
ij gradus: et sic in secundo ppe finē eius. vnde cu
rat vlcera. Alie vero species nō sūt alicuius iuna
menti recepte iterius: imo si quis biberit ex eo an
reos. iij. morietur inde. Et si bibatur min⁹ indu
cit insanā: sed vnus aureus aliquñ nō nocet. Sed
sciendū q̄ vbi ista translatio dicit aureus: i greca
transla. inuenitur. 3. i.

Ramech arabice: grece kama
ket vel kamacherla:
tine vero tuberī: et est fungus quidam

Et quidam vocant ipsum fungū velcentium.
Sera. libro aggrega. capitulo hamech anc.
Dias. hamech est radix rotunda non
habens folia nec tyrsū. color eius est rubens: et
reperitur in vere: et comeditur crudus et coctus.
Et idem aucto **Sal.** substantia eius est terrea m̄
tum: admiscetur ei parum substantie subtilis. Et
dicit **Sal.** in li. de chimis. kameket generat gros
sum humorem et non est multum mali chimī. Et
dixit in libro venenozum q̄ generat stranguriam
et colicam: similiter faciunt fungi. Et melius eozū
est illud quod reperitur i arena bñs paucā aquā.

Anic. libro secūdo capitulo tubera. sunt ex
substantia terrea plus et aqua minus
et in ipsis ē aereitas et subtilitas pauca. meliora eo
rum sunt arenosa illa in quibus non est ordo ma
lus. et que ex eis sunt sicca: deteriora sunt humidis
sunt grossa valde: et generant humorem grossum
melancolicum: et sunt dure digestionis. et tyriaca
eorum est vīnum purum et species condicēs. Al
manso: tractatu tertio capitulo de tuberibus: tu
bera fri. sunt et grossa: phlegma quoque generant
crudum. que autem ex eis ruborem habent mala
existunt: quozum multa comestio colicam gene
rat. nec etiam absque calidis sunt edenda condi
mentis.

Damepitas

i. hypericon.

Damibum
Damil
Damili

i. amilum.
i. millefolium.
idem quod supra.

Cap. 37.

Amdebut

ara. latine tela a-
ranee.

Sera

li. aggre. ca. bandebut an-
cto. Gal. tela aranee qua-

do supponit vulneribus que sunt extra corp^o nō
finit ea apostemari. Et ide auct. Dial. qñ miscetur
cū aliquo vnguento: et extenditur sup petiā: et liga-
tur super tēpora: et super pulsus brachiorū curat
se. tertianā. Et qñ ponitur super locū vbi fluit san-
guis stringit eū statim. et qñ ponitur super vlcera
nō pfunda phibet ea apostemari. et ex tela aranee
est quedam species que est alba et dura: que secū
dū q dicitur quidam si restringatur in corio: et su-
spendatur super adiutoriu quartanarij aufert eā.

Dias

ca. de tela aranee. tela omnibus est
nota. vires habet constringentes ad-
mixta quibusdam vnguentis tpiibus imposita se.
curat. sanguine defluentē retinet. superposita vul-
neri nō cano prohibet fieri sanie. sine tumore vul-
nera sanat. cū oleo cocta dolorē aurium mitigat.
Aranea trita et imposita: et in plagella et fronti i-
posita tpiibus teraicas passiones prohibet. Albi
opus aranee corio ligatū et collo suspensum quar-
tanās tollit: vt dicit Almanf. ca. de aranea Ara-
nee opusculū abstergit et curat serpigine. et ppter
hoc ponit in quoddā vnguento ad serpigines qd
ponitur in antidotario Gal. minozi.

Cap. 38.

Anabroch

ara. latine vp-
pupa auis.

Sera

li. aggre. cap. anabroch
anc. Gal. huiusmodi auis

habet coronā que sit super caput eius ex plumis
eius. et qñ bibitur ex iure ipsius: et comedit ex ci-
bo eius multū conuenit dolori colico. Almanfor
tractatu tertio ca. de auib. caro alaude que pilea-
ta dī ventrē stringit: cui⁹ ius ventrē fluere facit.

Cap. 39.

Andachuca

vl chua vl
cus arabice

grece lothos vel zharat vel lotos: lati-
ne vero trifoliū: vel quedā species trifolij. de qua
dicit Dias. ca. de trifolio. et habet odorē aspalij.

Sera

li. aggre. ca. bandachuca noiat eum

Dias. lothos. i. trifoliū. et est sart siue
garch et chua. et est duarū specierū. s. domestica et
siluestris. Siluestris quidē habet stipitē longitu-
dinis duorū cubitoz vel brachioz et plus parum:
et nascuntur ab ea ramuli multi: et quilibet habet
folium in extremo qd assimilāt bandachuche q
ozitur in plandibus: et dī trifoliū. et hz semen simi-
le fenugreco: nisi q est minus satis. Sed sciendū
q illa vocatur a quibusdam herba flaura vel her-
ba maura: s. Dias. vocat ipsam trifoliū maius do-
mestica que nascitur in hortis. et est quedā alia q
nascitur super aquas: et maxime in babylonia qñ

fluvius irrigat terram. et est herba habens crus si-
mile cruri fabaz. et est semen album simile sagi in
capitibus. et dicunt q extenditur qñ ozitur soli: et
apparet super aquam. et quando occidit restrin-
git se et submergitur in aqua. et capita eius simila-
tur capitibus papauerum magnorum. et in capiti-
bus est semen simile giguera et scariole. et exsiccat
ipsum in babylonia: et faciunt inde panem. et habz
radicem similem citonio que comeditur cocta et
cruda. et sapor decocte assimilāt saporē vitelli ovo-
rum. et vocatur banda et beuche. Et Auic. in secū-
do dicit q de eis se **Dias**. capitulo de trifo-
liis fit panis. **Dias**. lio. trifolij genera
sunt duo: scilicet maius et minus. maius habet tres
species. vna appellatur trifolium vel trigenon
ponfillon: quod latini trifolium odoratum vcl
vel sulphuratum. secunda trifolion vel exalbida vcl
oxitrisolion dicitur: latine trifolium acutum vcl al-
leluia. tertia dicitur trifolion demancef siue parte
mon. et est trifolium porcinum vel equinum. Ma-
ius grece vocatur trifolium egoceron vel lothos
arabice bandachucha: latine trifolium lepozium
vel herba flaura vel herba maura: cuius fructus ē
long⁹ cubitis duobus virgas tenues: habens i cir-
cui duo folia in extremo in similitudinem foli-
orum lupini: et nigra: et singulis virgis tria folia p
singulas nationes habens: coma eius in initio fo-
liorum odorem rute reddit: qui cūz creuerit aspl-
to in odore similis est. flos est illi parvus et purpu-
reus ex quo semen profert velut latum: et in figu-
ra corniculatum. radix est illi oblonga et fortis v-
tutis et acerrime. **Dioscor. Sera**. anc.
et diuretica.

Dioscor. Sera. anc.
bugerig. Andachuca siluestris puenit stomacho
frigido: et grosse ventositati. et aqua eius abstin-
git ventrem. et valet colice passioni. si ponatur su-
per morsum scorpionis sedat dolorem ex eo. Et si
ponitur super mēbrum in quo est mordicatio ani-
malium non inducit dolorem. et semen eius ē for-
tius folio. et est bona dolori testiculorum. et princi-
pio hydropisis. **Dias**. trifolium maius vcl
dolori matricis. **Dias**. lothos virtutis diu-
retice et acerrime est. semen eius et folia cum aqua
bibita pleureticis et dissurijs et epilepticis et hydro-
pisis in initio singulare presidium est. stereticis cau-
sis opitulatur. menstrui imperat. omnia predicta
seminis ipsius. s. iij. et foliorum. s. iij. curant folia
ipsius cum oximelle accepta moribus venenatis
occurrunt se. vt dicitur tertianis tria folia aut tria
grana seminis eius cum vino bibita medicantur.

Daneb i. iuinbe.
Danic. i. vene que sunt in labijs.
Danel i. iuinbe.
Dandebal i. tela aranee.
Dandebelasumum vel bendebelesumum idest xilo
balsamum.
Dansel i. squilla.
Danisa arabice: latine ventriculus.

Serapi

libro aggrega. capitulo bani-
sa aucto. Dias. banisa idest vcl

trichus galline: antiq̃ ē medicina maturatua. Et pellicula interior ventriculi galli siccata et propinata in potu puenit egritudine oris stomachi. ita latius inuenies in littera gigez.

Danub	.i. hircus.
Danudum	.i. aconus.
Danudab	.i. abrotanum.
Dan	.i. mel.
Dapar	.i. capparis.
Dapapir	.i. papyrus.
Dapagratos	.i. vinec.
Dara	.i. cucurbita.

Arach ara. latine **Sera**.
sutor.

li. aggre. ca. harach auc. Gal. harach i. sudor. in sudore hominis est salsedo et amaritudo pauca; maxime qñ admiscetur cū puluere illi? lo ci: vbi luctant homines: et accipitur et linuntur super tumores qui fiunt in corpore preter naturam: et resoluunt omnes. et in illo puluere solo est virtus resoluenda et supica. qñ ponitur ergo iste sudor cū illo puluere super apostemata mamillarū resoluunt ea et extinguunt inflammationē eaz. Et linuntur cū eo dūbulct. et conuenit. Et ego suz vltus in apostematibus lumborū: et sedata fuerunt apostemata et resoluta. et eger fuit curatus. Sed qñ apostemata q curantur cū isto medicamine sunt sicca et dura oz q mollificentur cū oleo de alchanna aut rosarū qñ miscet cū hoc oleo cōuenit coagulationi lactis in mamilla: et resoluunt ea. et in hunc modum oz q vtat eo in omnibus apostematibus. Sudor equi qñ calefit cū aceto conuenit epilepsie. Et si administratur in moribus venenolis conuenit. et ad h̃ valet sudor ouium.

Harabamē	.i. stercus colubini:
Harabatra	.i. stercus bouis.
Harathaur	idē quod supra.
Haraltis	.i. stercus caninus.
Haramiem	.i. stercus caprinum.
Haragaraen	.i. stercus pecorinum.
Harafaras	.i. stercus caballini
Harabemar	.i. stercus asini.
Dara	.i. iuniperus.

Barba est quedā anis que vocabatur barba cui? vntes inuenies in littera idē: et in .i. tamie.
Barbatini secundum Dias. est lonchitis.

Arbalum est qdā herba filis scolopendrie. semē eius angulatu est sicut lancea: et est do mestica et siluestris. domesticē caliditas est pauca siluestris cali. est in secundo: et est consolidatua.

eius folia sicca in potu sumpta vel cū aceto super splenē posita. **Anic.** libro secundo capitulo sanant splenē. **Anic.** de barbalim.

Darcharcharaba	.i. piretrum.
Darna. i. porcelliones vermiculi. s. qui morantur sub vasis aquarū.	
Dartas	.i. cardus.

Dartatū dī angustius: et est semen triangulatur: et est vt lancea. et folia eius sūt magna lata similia folijs scolopendrie.

Darens	.i. herba.
Dares maneries	.i. cibi frigidi.
Darmel. i. cicuta p qua. l. l. succay: et vocatur ar mel per .a. quādo est species rube vt supra in .i. a. et quando stat pro cicuta scribitur per .b. vt hic.	
Darmene	.i. basilicus.

Cap. 332.

Arnech

ara. gre. lepina arse nicū. latine vero auripigmentū. Auripigmentum ca. est et sic. in quarto gradu. de vena terre fit. sunt ei? due species. s. rubeum et citrinum. Citrinum competit medi.

Sera libro aggre. ca. barnech aucto. cine. **Sera** Dias. barnech. i. auripigmentū. et sunt ei due species. s. rubeum et citrinum. et sunt eiusde? minere. melius autem ex eo est illud qd ē laminosum habens colorem similes auro: et lami ne ei? separantur facile: et sunt compositae vna super aliam non habentes admixtam terram vel aliud. rubeum autem est eligendū illud quod est valde rubeum et cito frangibile: et mundū simile cenabrio: et odor eius sicut odor sulfuris. virt? ei? est calida.

Dias. ca. de arsenico. Arsenicū adustū. nascitur i belleponto: vbi et sandaraca. vtz optimū est latiores laminas habens et aureum colorem: et venas separabiles a se vt separari videat. mundū sine sordicie. tale i belleponto nascit. eius grana sunt duo. vnum est eq̃ le supra: et aliud fuscū in colore sandarac. et ex pō to et capadocia venit. Istud vero assat sic: pone i testa nona: et carbonibus igneis suppone: et frequenter agita qdū ignescat et mutet colorem: et cū frigerit reponet. Quidam dicunt q ex auripigmentū per qdam sublimationē fit resagal: et hoc idē iterum sublimatur et fit ex eo forte ruptorium.

Anic. libro secundo ca. de arsenico. Arseni cum aliud est album: aliud est citrinū et aliud est rubicundū. melius ex rubeo est rubeū imbibitū rubedine quod est aptū teri: et cū frigore simulatur odori sulfuris. Et melius ex citrino ē quod est puluerizabile armenū aureū et laminosū subtile quasi ipsum esset tale. citrinum calidū est in tertio gradu: siccū in secundo. omnia sunt putrefactiua mordicantia. quod ex eo rub. est meli? q̃ alcaca.

Posse contra asma ex humida dicon. causa ponat auripigmentum super prunas: et capite inclinato patiens recipiat fumum per embonum. Item. 3. i. auripigmentū sumpta cum onno sorbili ad tussim valet. Et calce vna et auripigmento fit phyllotrum sic: Accipe. 3. iij. calcis vine: et resolue in aqua et bulat: postea adde quartam partem. 3. auripigmenti: et coque. signum decoctionis est quando penna immissa et statim extracta leuiter manibus depilatur.

Si vis remouē pilos oz te esse i loco calido 3 ser pigine et emperigine: Accipe. ij. ptes saponis sparsa retia: tertia auripigmentū et distega: et fac vnguentū

et vngues: sed prius ablue partem illam cum aqua: et postunctionem similiter: quia si diu remaneret corrodere tam bonam quam malam carnem: ter vel quater ita ablue et vngas. Item si radicibus pilos extrahere volueris: inunge ex succo iugami et auripigmenti ana equaliter fil confectis: et nunquam amplius renascetur. Ad vngues reparandas: Accipe serapinū et puluerem auripigmenti et misce cum oleo: et inde fiat emplastrum: et pone super vnguem: sine dubio cadet.

Dias virtus auripigmenti est stiptica et califica cum ignea vi et califica cum calice vicia mixta: et corpori illinita illos tollit. hec mixtura mihi sponso a grecis et latine dicitur achillea vires habet arsenicū ut ignis adurere potest et aliationes conficit. **Anic** abradit pilos: et cum gūma pini sumere. **Anic** ni est puenies allopicie. fit ex eo emplastrum cum adipe super vulnera. cum adipe et oleo conuenit scabiei et sabasati humide et putredini: et abstegit et adurit cutem: et permiscet cum mirra ad pediculos: et vestigia sanguinis et cum pice vestigiis vnguis. et quicquid administratur cum oleo ad pediculos. Lerotū factū ex eo conuenit et proprie ex rubeo herpetibestioni in ore et aure: et vlcere: et eo rum datur ad potandū suffatis cum hydromelle. et assumitur cum gūma pini ad tussim antiquā: et sputo sanici et sanguinis. Et quicquid ponitur in pilulis que sunt ad asma. et misceatur cum oleo rosarum ad bothor. et emoroidas in ano quod ex eo sublimatur est interficit: et album ex eo interficit.

Cap. 333.

Marum vel barin ara. gre. ampeleos: latine vo vitis. libro aggreg. ca. barin. vitis ex ea est domestica et siluestris: et alba et nigra. domestica est vitis vini: et siluestris est que grece vocat ampeleos agria. has habet longas et lignosas et asperas. folia ei striatim boritino similia: sed latiora et minora. flores habet sicut capilli. sed semen habet ut botrus: quod cum maturauerit rufum facit colorem obrotundū. alia species est que vocatur lambusca vel viuisu: cuius flos vocatur inantus vel inantiū vel anteflores: et est masculus de qua iuuenes in. l. enantiō: et est planta in qua sunt grana parua similia botris vne paruis: et quando sunt matura color eorum est rubeus et figura sui grani est rotunda: et racemi sui botri reseruantur in summitate eius: et grece vocatur ambo losagine. Est alia species vitis que dicitur vitis alba: et est fefera: p. q. l. l. fefera. Et alia species que latine dicitur vitis nigra. et alio nomine dicitur cucurbita vel brionia: dicitur grece ampeleos melana: vel ambulos melana: ara. fefiresfenta: et est planta secundum Dioscoridē. que habet folia similia folijs plantę que dicitur hederis: nisi quia dilantur plus ad similitudinem foliorum herbe que dicitur semitas: et rami eius similiter: nisi quia folia istius et rami eius sunt maiores: et ipsa circūvoluitur amplexens plantas alias quibus appropinquat: et suspenditur eis cum suis capriolis: et habet fructū simile racemis vne vitis albe viridē in sui principio: et nigrū cum maturatur: quē cum fre-

geris buxū reddit colore: et radix eius est magna et nigra exterius vel buxea: et interius subalbida.

Caprioli huius comedunt: et habet diureticā virtutē.

Gal. vi. sim. phar. ca. ampeleos melana. ampeleos melana siue vitis nigra. vocatur

hec proprie brionia. i. lupillū vel siluestris cucurbita.

Dosse vinū vitis albe domesticę secundum Gal. vi. sim. phar. est calidum

in secundo gradu. Et vetus ex eo est in tertio gradu. Et mustū est in primo: et manifestatur vniuersū

quod in primo gradu. Et per manifestationem caliditatis inuenit in eo: sed de vna inuenies in ista cui vitis domesticę succus secundum Sera. et potissime

foliorum eius conuenit habentibus vlcera in intestinis: sunt frigus et stiptice. et qui expuunt sanguinem: et qui

conqueruntur de ardore stomachi: et pregnantibus habentibus appetitum corruptum. Et caprioli ei

quando infunduntur in aqua et bibitur faciunt hunc et lachrymus huius vitis est similis gūmi que co

gulatur super palmites: qui potatus cum vino expellit lapides et lenitur cum eo empetigo: et curat eam

et scabiem vlcerosam similiter: et non vlcerosam: et oportet quod antequam linias cum eo quod linies mēbrum

cum nitro et oleo assidue: et abradas pilos. Cinis acimorū aut vinacie quando emplastrantur cum acet

to curat anum quando ab eo euulsi sunt emoroides. et curat concussionem nervorum. et confortat morbum

tyri. et quando fit cum eis emplastrum cum oleo rosarum et ruta et aceto confert apostematis calidis que sunt in splene. Succus enim agrestis id

est vne non mature oportet ut exprimatur antequam abscondatur stella canis: et ponatur in sole in vase

seu eneo rubeo cooperto cum pannō: et dimittat in sole donec coaguletur: et de nocte ponatur vas sub

tecto: quia ros prohibet coagulationem cuiuslibet succi. Et melior ex eo est ille qui est citrinus declinans ad rubedinem: et est frangibilis et stiptice for

ti stipticitate: et mordicat linguam. Et sunt qui decoquunt succum istum: et conficiunt decoquendo: et conuenit coctus cum melle et vino dulci nervis qui

sunt in lateribus gula et palati. et ipsi vulue et gingiuis fluxis quibus abundant humores. et auribus a quibus egreditur sanies. et cum aceto conuenit fistulis et vlcerebus fraudulentis. et fit clystere cum

eo ad vlcera intestino: et ad cursum humiditatum antiquarum ex matrice. et potatur pro sputo sanguinis. Sed vinum de vna acerba fit in hunc modum: Accipe de vna que non sunt complete mature: sed sunt mure: et ponantur in sole tribus diebus aut

quatuor donec fiant extenuate: et exprime ab eis vinum et reponatur. Et virtus huius vini est stiptica et corroborat stomachum: et conuenit illis qui non possunt digerere: et conuenit stomacho relaxato: et pregnantibus: et habentibus colicam cum

qua euomitur sterces. Et valet egritudinebus epidimalibus: et oportet quod illud vinum dimittatur veterescere pluribus annis: quia nisi hoc fiat non est aptum ad potandum. Sed virtus passularum est que maturat et resoluit resolutione temperata

et passule extenuant. stiptice sunt frigidiores alijs.

Et dulces sunt calidiores et humidiores et stiptice: fortificant stomachum et retinent ventrem. Et dulces sunt medie in hoc: et sedant mordicatione que contingit in ore stomachi: sed quoniam nutriti in passulis dulcibus carnosus est amplior: et passule dulces carnosae sunt maioris nutrimenti quam vire et minoris abstersionis et lenitionis quam ficus sicca: verum sunt conuenientiores quam ficus. Et sic dicit Serapio auct. **Bal.** et dixit in almi Amir in passulis forsan est res que laxat propter suam aggregationem et hoc est quare possumus eas maioris nutrimenti epati. volo dicere quod propter eam aggregationem: quoniam est in eis stipticitas: quanta necessaria est epati egrotanti: et est cum hoc in eis quod maturant humores crudos indigestos: et equant humores malos: et temperant eorum complexionem. Et sunt in natura sua tarde ad recipiendum putrefactionem: et in tota eorum substantia sunt similes epati. Et kelmes sunt passule sine granis que nominantur aseris: et sunt multum dulces: et sunt ceteris. **Bal.** vi. sim. phar. ca. de vuapassule meliores. **Bal.** sa astasis. et est vuapassula digesta simul et stiptice et diaforesice lente participat vir.

Dial. albe passule sunt plus stipticis. **Dial.** et carnes passulorum quoniam extrahunt ab eis grana: et quoniam comedunt conueniunt canne pulmonis: et conferunt tussi renibus et vesice. et quoniam passule comedunt sole cum nucleis confecti vlcibus intestinoz. et quoniam caro passularum misceatur cum farina et gegenci. i. l. cariola et ouis et modico melle: et comedit admixto modico pipe expellit phlegma per os. et quoniam misceatur cum farina fabarum et cymino: et fit inde emplastrum conuenit apostematibus in intestinoz. et quoniam passule pastate misceantur cum ruta: et fit inde emplastrum delect quod apparet in cute ex clauis et vlcibus fraudulentis. scilicet cancro. quoniam fit ex eis emplastrum cum opoponaco conuenit podagre. et quoniam ponitur super vngues eradicat eos. Et meliores ex eis sunt kelmes sine granis: et per eas sunt pingues subtilis corticis et parui grani.

Bal. vi. sim. phar. c. girgata. grana vire que grece girgata vocantur indigestibilia sunt substantia eius est grossa terrea: prout et gustu de clarat: quia sapor eius est acerbus vel ponticus: virtus eius fri. in primo: sicca in secundo gradu: et stipticat et constringit: et conuenit omni fluxui ventris iuuamen. **Sera.** vinacia vuarum reponitur magno. **Sera.** et seruat: et fit emplastrum ex ea cum sale apatibus calidis et apostematibus mammillarum. Et quoniam fit dysstere cum decoctione eius conuenit vlcibus intestinoz et fluxui antiquo: et fluxui humido antiquo matricis quoniam ex ea fit sessio mulieribus: et sunt dysstera matricum cum ea. Et idem auct. **Dial.** vinum nocet nervis et sensibus: sed ipsius est delectabilis saporis: et ideo oportet cauere de eo si aliud membrum est egrum. Sed si parum sumatur de eo in dispositione sanitatis: et tamen mixtum aqua non nocet. Et quod de eo est vetus multum album subtile prouocat vinam nisi quia facit dolorem capitis. et qui bibit ex eo satis nocet stomacho. Nouum vero generat inflationem: et est difficilis digestionis: et inducit

omnia mala. et prouocat vinam. et laxat ventrem. et mediocre inter nouum et vetus est inne malis eorum: quapropter oportet ut eligatur potus eius per alios sanis et egris. Et vinum album et subtile est bonum stomacho. et conuenit vltus eius magis in sanitate et egritudine: et est propinquius ad molliendum ventrem quam rubetum et nigrum. et vinum nigrum est grossum tarde digestionis: et inebriat et ingrossat carnem et conuenit fluxui sanguinis ventris. Et vinum rubrum est medium inter virtute illorum. Et vinum nigrum grossum est malum stomacho et inflationi: nisi quia auget carnem sicut grossum. dulce vero est grossum: et est tarde digestionis: et inflat stomachum: latet ventrem sicut mustum: nisi quia virtus eius est debilior: et conuenit vesice et renibus. et conuenit apostematibus in visceribus: quoniam infundit lana non lota in ipso et supponit. Et quoniam ponitur super vlcera fraudulenta et super puriginosa vlcera: et sunt vlcera ad quod fluxus humores conuenit eis. vinum non stipticum est magis prouocatum vine. et facit sodam: et inebriat. ponticum vero est magis conueniens cibo: et stringit ventrem et nocumtum nervorum et prouocatio vine sunt in eo minus. et quoniam vinum bibit cum oleo prouocat vomitum. et conuenit lacti coagulato in stomacho et ardori renis et vesice: et vlcibus que sunt in eis. Et quoniam bibitur quantitas conueniens vini iuuat illos quibus datum est in potu venenum frigidum ut coriandrum et opium. et omnes medicine que interficiunt propter frigiditatem carum. et conuenit moribus venenosorum animalium. et conuenit illis qui sudant multum: et maxime albus vetus boni odoris quando.

Bal. iij. vinum valitudinem triuiti cunctissima. Et idem. viij. sim. phar. ca. de vino. Vinum ex secundo gradu est calefactum: quod vero sufficienter est antiquum ex tertio sicut mustum nominatum est primi gradus. proportionabiliter autem caliditas sunt eius siccitates. Rabi moyses non est melior res potatione vini ad virtutis debilitatem. **Sera.** sex vini oportet quod administrerem. **Sera.** illa que est ex vino veteri. Et oportet quod comburatur sicut comburitur spuma maris per quod desiccatur desiccatione forti. et quidam ponunt eam in vase terreo nouo et accendunt sub ea ignem fortem et dimittunt donec inflammetur. et oportet quod scias signum bone adustionis eius. et est quando immutatur color eius ad albedinem et ad acreitatem. et quando applicatur lingue inflammat eam fortiter propter fortitudinem adustionis. eodem modo comburitur sex acetum. Et sex adusta habet virtutem comburendi multum forti adustione. et abstergit et aufert carnem superfluum vlcum: et est stiptica et ca. et exsiccat. et oportet quod ipsa administretur cum est noua virtus eius resoluitur cito: et propterea oportet quod non dimittatur extra vas: et seruetur bene cooperta et obturato vase. Et ipsa quidem aduritur sicut tinea. et quando fit emplastrum cum ea sub umbilico et super pectinem abscindit menstrua: et resoluit apostemata mammillarum. Sed sex adusta quando misceantur cum resina pini:

et liniunt deinde capilli: et dimittunt sic una nocte rubificat eos. Et ipsa quidem ponit in medicinis oculorum sicut tucia et abstergit: et valet obscuritatem visus. **Paulus** ca. de tartaro tartarum vini quod inuenitur in vegete est ca. et sic in tertio gradu: quod de vino purior est melius est lytarsirium infundat in aceto per noctem: mane resoluat ad idem ex eo et oleo nucis sit compositio super ignem: et tartaro in multa quantitate addito mox ab igne deponat. hoc unguentum valet ad scabiem et serpiginem. pulvis eius in cibis superius pinguedinem extenuat consumendo. pulvis in quantitate. 3. 5. uel. 3. iij. cum melle rosarum: vel cum oleo educit. v. uel. vi. vicibus pulvere mastice addito per acetum. l. l. chal. de vino autem multa vide apud **Alium**. tertia primi: et apud **Isaac** in diebus particularibus. Virtus alterius speciei que de vitis nigra secundum **Dias**. caprioli eius comedunt: et habent diureticam virtutem. splenem siccant. epilepticis cataplasmatibus adhibita luxationibus medentur. Et virtus vitis agrestis est quod radix eius elixa in aqua et bibita mixta vino maritimo numero citiorum duorum accepta hydropicos purgat: et omnes maculas corporis tollit. Caprioli ipsius in sale componunt: et flos eius in pulvere redactus cum vini citius duobus sumptus facit ad stranguriam. Radix eius data ut supra tum situm sedat. Et ad defectionem stomachi radialis pulvis multum valet. vires habet stomacho vires repellantur.

Cap. 334.

Armufel. ara. grece et latine gariofilus. **Sera**. li. aggreg. cap. harmufel. Harmufel. i. gariofilus et est fructus. et lignum eius administratur sicut offeratur ex terris indie cum fructu suo. Et sunt eius capitella habentia dentes. et meliores sunt quorum color vergit aliquotulum ad ruborem: et habent bonitatem multam: maxime illi qui colliguntur ex arboris sua cum digitis singulariter. **Dias**. gariofilus. i. fructus: et unus post unum. lignum eius administratur sicut deferatur ex terris indie cum ligno suo: et sit in eis habentia capitella dentes. et meliores sunt quorum color vergit aliquotulum ad ruborem: et habent bonitatem multam: maxime illi qui colliguntur ex arboris sua. **Alium**. li. secundo ca. de safar. Safar gariofilus est sicut sambucus: sed est nigrior et qui est masculus est sicut nucleus olive: sed longior et vehementius niger. Et est fructus arboris in insula indie: et gulten ipsius existit in virtute glutinis alborum. ille qui est melior est similis nucleo sicco suavis et acuti odoris: ca. et sic in tertio gradu. **Posse. Sera**. auct. bachim ingrediuntur in medicinis que acuum visum. remouet namque obscuritatem visus: et confert sebel. Et gulten gariofilus est simile glutini alborum. Idem auct. Radix gariofilus conferunt stomacho et epati. confortant cor et stringunt ventrem et digerunt cibum. Et auct. **Isaac** qui bibit ex gario. 3. 5. cum lacte in ieiunio corroborat potentiam coitus. **Alium**. corporis odorem bonum efficit: abstergit visum: et conuenit panno: et confortat

stomachum et epat: et remouet vomitum et nauicam. Parica. i. amcos. quidam dicunt quod est carui. Bari. i. iuniperus.

Cap. 335.

Arfiarbai. vel psoida ara. grece pserpina. vel polygonia: vel porcinacia: vel saginaria: vel multigoniam: latine vocatur cetonodia vel congliola minor: vel lingua passerina. vel geclata. li. ag. c. barfiarbay auct. **Dias**. barfiarbay. **Sera**. i. cetonodia: et lignum psoica dicitur psoida mi. Est ei cetonodia masculus et feia. masculus est herba que nascitur omni anno: et habet ramos seu virgas rectas molles subtiles nodosas: et distendit super faciem terre sicut gramen: et folia habet similia folijs rute nisi quod sunt mollia et longiora: et habet iuxta unum quodque folium semen: et propter hoc dicitur masculus. et habet florem album et rubrum. sed semina habet plantam quam et virgam unicam tam teneram similem canne: et habet nodos similes nodis qui sunt in radice canne: et in nodis ipsis sunt folia egredientia ab ipsa virga similia folijs pinis: et habet radicem in qua nullum est inuamentum. Nascitur iuxta aquas. hec latine vocatur cauda vulpis que est virga pastoris femina: sicut appareret in littera **Dias**. vi. sim. pbar. ca. de polygonia psoica. **Bal**. et est cetonodia: habet quidem quod simplicitatis. dicitur vero in eo aquosa humiditas: et sit in secundo gradu ex infrigidantibus pharmaciis: vel in tertio secundo. **Dias**. ca. polygonos. Polygonos. i. cetonodia. masculus herba est que habet virgulas teneras et molles: et multas nodosas et sparsas super terram sicut agrostis. unde de polycarpos dicta est: folia habet rute filia: sed oblonga et mollia: et semina in folijs singulis: unde et masculus dicta est. flos est illi albus aut seniculus. virtute habet frigidam et stipticam. Polygonos vero femina frutex est unus: virgam habet cannosam et mollem spissam et nodosam. in quibus nodis folia sunt pinis similia. Radix est illi inutilis. Nascitur locis humidis. virtus est illi stiptica. et hec latine vocatur cauda vulpis. **Posse. Bal**. i. unat da vulpis. exustos stomacho exterius applicata sic heri sippi lata: et calidos phlegmones seu citia talia existantia reputat rheumata. et exinde vero siccantur existerere propter quod herpetum bonum est pharmaci et vlcerum et aliorum euidentissimum vero phlegmonosorum rheumatorum. Est autem et sanguinosorum vulnere confortat. iunat vero et vlcera que in auribus: et est pus in eis sufficiens fuerit id siccatur. propter easdem vero virtutes et fluxum muliebrem sistit et dysenteriam et sanguinis eductiones: et quicunque imoderate alii unde catu. Hic autem **Dias**. et vinas. prouocare id stringentibus datu: non tamen distinguit diligenter dispositionem in qua oportet dare. Est autem ad omnia predicta masculus. **Dias**. succus eius bibitus femina fortior. **Dias**. emoptoicis medicatur ventris abstinere rheumatissimum. colicis et stranguriis opitulatur. vinam prouocat. moribus venenatis cum vino bibitus medicatur. Cum vino coctus

et melle vulnera noua curat. periodicis fe. añ vnā
bozā acceptus maxime pdest. supposit^o fluxū mu-
lieris stringit. dolorē aurīū cōpescit. sanguinē reij-
cientibus subuenit. herpetes curat et fistulas. ignē
sacrū extinguit. tumores et purities imposit^o spar-
git. recentibus vulneribus maxime pdest. poligo
nos femia oīa filr vt alia facere pōt. q̄uis virtu-
tem minorem habeat.

Hap. 336.
Barfia vel haermia ara. grece a-
ermia: latine vero pipe-
Sera li. aggreg. ca. barfia vel ha-
ermia. barfia vel haermia
rella. i. pipirella. et est in figura sua sicut figura piperis
minoris: nisi quia est in colore suo cirrina. Et sunt
in ea due virtutes cōtrarie. scilicet caliditas et frigiditas
Et idē auc. Alben mefiay. barfia vel haermia est
granū paruum minus pipere. et est in eo cirrinitas
paucā. et est odoriferū: cui⁹ odor est sicut odor li-
gni aloes. et est ca. et hu. et ē in eo absterfio parua.
Baros i. faricon.
Barocos idem quod supra.
Barodofi i. euforbium.
Barbor albes i. cipeffus.
Baabor albies idem quod supra.
Barbor albaem idem quod supra

Hap. 337.
Barixof ara. gre. scalōes: **Se.**
latine pinaria.
li. aggreg. ca. barixof est ex specie⁹ pi-
neaz. folia eius sūt similia cameleōte alben: nisi qz
sunt nigriora. et hz virgam longā folijs plenā. et su-
per ipsum est capitellum spinosum. et hz radicem
nigrā et grossā. et est qd de ipsa planta admiſtraſ.
Gal. virtus eius est que calefacit in secūdo
gradu in ultimo eius: et in principio se-
cūdi: et desiccāt in tertio. plāta illa comeditur re-
cens sicut **posse. Gal.** puocat vti-
sparagus. nam multaz
fetidā qñ coquit in vino: et bibitur illud vinū. Et
aufert ppter bec fetore affellaz: et fetore toti⁹ cor-
poris. et operatio in hoc est a tota substantia. et qñ
coquitur radix et bibif confert sicut sparagus.

Hap. 338.
Barunci arab. vel karunacari
grece et latine carui.
Gal. vij. sim. phar. ca. de carui. in
sapore eius acuitas est tem-
perata. et virtus eius est que calefacit et desiccāt in
tertio gradu: et ideo expellit ventositates. et est di-
ureticū nō solū semen eius: sed etiam planta.
Sera li. aggreg. ca. baruncij auc. Alben me-
fiay. est grossius q̄ cyminiū. et expel-
lit ascarides ex ventre. et corroborat stomachum.
et abstringit ventrē minus q̄ cyminum. Et idē au-
cto. R. asis conuenit cardiacē.

Hap. 339.
Bar ara. lat. **Sera** li. aggreg.
ne anas cap. bar.
Bar. i. anas omnibus est nota. vñ eius

adeps sedat dolorē sedatione magna. et ipsa ē me-
lior omnibus adipibus. Nā nō inueni adipē sub-
tiliorē nec magis mollificatiuū: nec magis resolu-
tiuū ea ppter ea quia caro eius est ca. multū. hz si-
militer multā humiditatē caro eius. et ideo est gra-
uis digestionis. sed clarificat colore: et vocē impin-
guat. et anget sperma. vñ ipsa caro calidior et gros-
sior omnibus alijs **Anic.** li. secundo capitū-
carnibus auium. lo anas. Anas ē ca-
lidior omnibus auiibus domesticis. dicunt quidā
ipsa calefacit in frigidatū: et facit calefactū possidē
febrem. eius pinguedo est maxima in sedando do-
lore: et sedando mordicationē in profundo corpo-
ris. Et est melior pinguedinibus auiū. et eius caro
frangit ventositates. et ipsius stomachus est pluri-
mi nutrimenti. eius pinguedo clarificat colore. et
eius caro impinguat et clarificat vocē. eius caro
tardatur in stomacho: et est grauis: et pprie caro
anseris. sed leuius qd est in ipsa. et melius sunt ale.
Et autē caro digerit hāz auiū est nutritibilior om-
nibus carnibus auiū. augmentum efficit in coitu
et multiplicat sperma.

Hap. 340.
Bar ara. gre. rodon: **Sera**
latine rosa.
li. aggreg. ca. bard auc. Gal. vij. sim.
phar. ca. de rosa. substantia eius est composita ex
substantia aquosa calida cū duabus alijs qualita-
tibus permixta: stiptica. s. et amara: et stipticitas ē
in q̄titate tali: quia corpora habentia virtutem flu-
xam nō possunt dissoluere virtutē eius. Et semen
eius est magis stipticū q̄ rosa. Et idem: rosa cum
stipticitate que est in ea inest ei dulcedo et similitu-
do acuitatis vel mordicationis pance. et conuenit a-
postematibus calidis in principio eoz. et oz q̄ re-
cipiatur recens ex ea et abscondat sumitates ei⁹ al-
be cū forpicib⁹: et reseruetur pro medicaminibus
oculor. Sed oleum rosaz est in natura sua medi-
um inter naturam rose et olei. et est medicina cum
qua curantur apostemata sanguinis in augmēto
ipsor. Et in eo est virtus penetrādi ad profundū
corporis: et humectat corpora sicca. et conquassat
cū aceto et inungitur caput cū eo: et conuenit dolo-
ri capitis facto ex caliditate solis. et qñ rose siccan-
tur oz q̄ desiccantur in vmbra: et cōmoueantur as-
fidue. et aqua rosaz est frigidior complexionē tē-
perata: nō tñ multū. et ipsa quidē est subtilis mul-
te subtilitatis. Et signū in hoc est q̄ rosa desiccāt
cito: ideo quia in eo nō est aliqua viscositas: quia
odor eius vincit: et propterea festinat et replet vial
odoratus. Idem auc. Dias. Est enim rosā frigida
desiccatiua. et ex ea est plus stiptica sicca q̄ recens.
et succus rosaz qñ coquitur cū vino conuenit do-
lori capitis et oculor et aurīū. et conuenit gingiuis
qñ cū eo sit collutio. et coquunt folia eius sine sti-
pitibus et nō exprimuntur. et fit emplastrū cū eis
berisipille. Et semen qd est in medio rosaz quan-
do puluerizatur super gingiuas ad quas fluūt bu-
mores conuenit multū. sed caput rose quādo bu-
lierit in aqua et bibiur abscondit fluxum ventris.

et spiritus sanguinis. Et idem auc. hacham. aqua ro.
phibet fluxu ad oculu. et couenit syncopi qñ bibi-
tur ex eo hantus aliquis. Et idem auc. humay. Ro-
sa fornicat mēbra inir infeca: et stipticitas eius pe-
netrat ppter amaritudinē que est in ea. Et idem
auc. Alben mesuay. Odoratio rose conuenit cho-
lericis et habentibus calorem et capitis dolorē a cho-
lera. et phibet fumositates cholericas acutas. et cō-
uenit dolori acuto. et mouet sternutationē hñti cē-
baum ea. Et qñ conficitur cū melle aut cū zucaro
abstergit qd est in stomacho ex humoribus pble-
gmaticis. Et idem auc. Rasis. expertus est quidā
ex amicis meis: qui accepit ex folijs rosarū recen-
tibus zucaro: et fecerūt eū assellare decē vicibus
et hoc facit succus eius. vey sicca nō est laxatiua:
et hoc significatur ex eo qd virtus eius est amara
q abstergit. Et qñ rosa deficcatur fit stiptica: ga-
separatur ab ea amaritudo. et siccitas quidē in ro-
sa est paucā: quia ipsa est composita ex stiptici-
te et amaritudine. vnde abscondit libidines. et laxat
laxatio. **Jo. mes.** capitulo d rosa. Rosa ē
ne forti. ex medicinis benedicti.

in qua est virtus confortationē faciens et solutōez
et male qualitatis permutationē. Et est ex ea ru. et
alba. et de vtriusq est multoz foliorū et densoz et
crispoz: et alia paucoz et planoz. et melior est ru-
bea vere rubedinis et paucoz foliorū et planoz. et
ex albis est melior habens similiter. Et melior suc-
cus est cuius mater est rosa completa. sicca vero
melior est: i qua nondū cecidit complexio: est fri-
in primo gradu: sic in secundo. diuersaz aut natu-
raz substantie cōposuerunt rosam: inter quas po-
test cadere separatio distinguens. componit enim
ex partibus terreis et aqueis mediocribus dñtib⁹
ei stipticitate et substantiā. et ex partibus aeris: p-
pter quas est in ea de dulcedine aliquid: et aroma-
ticitas. et ex partibus igneis subtilibus a quib⁹ con-
sistit perfectio et species dñtibus ei amaritudinē
ppter qd in abscissione amaritudinis ipsius q re-
mouetur ppter solam exsiccationē eius nō resol-
uitur species. in abscissione rubedinis nō est plus
rosa qd homo mortuus. amaritudo autē in ea que
recens est plus est stipticitate eius. Et prima eius
operatio est ppter amaritudinē suā: ppter qd ro-
sa recēs: et ei⁹ pprie succ⁹ soluit. cū autē resoluit ca-
liditas dñtis ei amaritudinē ppter exsiccationem
eius nominatur substantia eius stiptica faciens cō-
stipationē. est aut succus ei⁹ ca. fere ad primū gra-
dū. ppter exclusionē eius a re terrestri et frigida.

Dosse. Jo. mes. Est aut rosa re-
solutiua existēs
extinctiua inflāmatiōis: confortatiua mēbroz: co-
adunatiua partū et constrictiua. et semen eius i b
est fortius. et similiter pili eius qui sunt in medio
ipsius. et succus eius est resoluens. Et sicca quidez
magis frigida et stiptica. et que nō est completa fri-
gidior et stipticior. et alba in frigiditate et stiptici-
te plus est qd ru. nō est in ea malicia: sed est ex de-
biliter soluentibus: vigoat tñ operationē eius aq
casei. Si enim succi ro. 3. i. misceatur cū aqua ca-

sei et patica spica est solutiua conueniens. et simili-
ter infusio. 2. vi. folioz rosarū i aqua casei cū pau-
co melle soluit sine molestia. Et syrupus fact⁹ ex
succo eius est lenis solutionis. et similiter ponitur
oleum eius i emendatione medicinarū acutarū: si-
cut est scamonea et similia. Rose autē condite cū
melle abstergunt et mundificāt et confortant. et cō-
dite cū zucaro minoris sunt absterfionis et maio-
ris confortationis et stipticitatis. et aqua earū que
fit per infusionē mundificat et confortat abstergit
et resoluit. Ea que fit per sublimationē est multe
confortationis. neq est resolutiua ppter resolutō-
nē subtilis caliditatis eius in decoctione ipsius. p-
albas vero nō fit solutio aliqua de qua fit curan-
randū. Et est in eis de stipticitate plus qd in ru. ne-
q adhuc sunt similes eis in confortatione. et scito
q rose nō sustinent d coctione aligd oio: et pprie
recentes. soluitur enim ab eis virtus sigillans ab-
sterfionem. et declaratur virtus eius stiptica faci-
ens constrictionē. succus vero eius sustinet deco-
ctionē aliquid mediocriter: et acquirit ei subtilita-
tem et bonitatem absterfionis. et oleū quoq factū ex
ro. nondū completis est maioris infrigidationis
et stipticitatis. cuius melius fundamentū est oleū
olinarū mediocriter in maturitate: aut fiaminū. Alce-
tum aut infusionis eius est medicina bona omni-
um confortatiua. Succus eius ex aqua infusionis
recentiū completaz solutione educit cholera. mū-
dificat sanguinē ab ea: et venas et articulos. et con-
tinet ictericie. et aperit opilationes epatis et stoma-
chi: et mundificat et confortat ea. et confortat cor: et
conuenit tremori eius. et educit materiā capstantē
eam et se. cholericis. Rosa vero et olenz eius et aq
ipsius facta per sublimationē confortat cor: stoma-
chum: et epar. et coadunat partes laxas mēbrozū.
et confortat retentionē. et sedat dolores calidos mi-
ra sedatione. et exstinguit et permutat malicias in-
flāmatiōis: perimit: et sedat eas. et sunt ex me-
dicinis facientibus dormire: faciunt tamen corizā
et sternutationē. et obfunt catarris. et stringunt gut-
tur: et confortant ea. et auferūt crapulas. Rosis po-
tio succi rosarū est ab. 3. vna vsq ad. ij. cū zucaro.
Et posio syrupi facta ex succo earū est ab. 3. ij. vs-
q ad. de viribus cordis dicit qd cōfor-

Anic. i. apium.
i. adeps.
Cap. 34.
Bascaba vel basach ara. gre.
abessech: vel tribo-
lus: latine vero tribulus vel cicer im-
pera. **Gera.** li. aggre. c. bascaba sine basach
toz. anc. Dias. bascaba. i. tribulus: cu-
ius due sunt species. prima agrestis nascens i ster-
quilinis: et iuxta flumina et in littoribus cuius fo-
lia sunt similia folijs portulacae: nisi quia sunt mio-
ra. et habet ramos longos super terram expansos
et pprie folia sunt spine dure. secunda vero speci-
es nascitur in fluminibus: cuius rami eleuātur su-
per aquā. et habet spinas occultas et folia lata et ra-

mulos longos in quibus sunt folia. et habet stipitem cuius pars superior est grossior inferiori. et est in ea res adherens ei subtilis: sicut capille spine aggregatae: vel aculeo spine. et semen eius durum sicut semen alterius speciei. substantia eius est composita ex substantia humida paucè frigiditatis: et substantia sicca non paucè siccitatis secundum suam frigiditatem. et illud quod vincit in silvestre est substantia terrea: et quod vincit in alia est substantia aquosa. Et sapor agrestis est stipticus. Est alia species que nascitur in regione badabas que dicitur sandary quod datur ab incolis illius patrie animalibus pro cibo dum est humida herba ipsius. Et ex semine eius faciunt panem. nam ipsa est dulce et nutrit: et sic utitur eo loco panis. **Bal.** viij. sim. phar. c. de tribulo. trititici. **Bal.** bulus est ex humida substantia moderate frigida: et sicca non moderate existit. dominatur autem in terrestri quiddam terrenum frigidum et stipticum omnidimius. in aquatili vero aquosius et propter aqua: quod ad phlegmonem: et omnino ad omnes influxiones competunt. terrestres vero tribuli subtilium partium existentes. fructus lapides qui in renibus frangit bibi. **Dias.** ca. de tribulo. tribuli genera sunt tres. duo: siccus et humidus. siccus vero folia habet similia adragne non tenera sed dura. haste sunt illi longe et tenere porrecte super terram in quibus spine nascuntur. nascitur locis fluminibus et desertis. humidus vero in fluminibus nascitur: cuius coma super aquam extenditur: folia supernata: spinas vero celat in aqua. folia latiora habet et longos ramos. hasta vero in initio in summo grossa est: deinde ad radicem tenuis habens in se tenues spinas sicut spica. semen est duum ambo-bus. virtus est illi si. **Dios.** Bal. fruticosa desiccata. **Dias.** tribuli faciunt ad infirmos in renibus. **Dias.** inflammationes: et ad ea que superoccurrunt. virtus est illis stiptica et desiccativa. leptomeris etiam omnes tumores spargit. faucibus et gingivis impositi opitulantur: mel addito naptas. i. omnes putredines tollunt. succus eorum nobilissimus collyrijs miscetur. semen eorum calcu-los frangit et excludit. terreni vero semen. 3. i. bibitum et impositum moribus venenatis occurrunt: dato veneno contrarium est vinum eius vincendo. Elixatura eius sparsa pulices necat. In flumine tracie in stirmonia pallude de herba eius equi herbantur. semen eius quia dulce est customachum est. pro tritico de ipso panis. **Sera.** virtus eius est que fit usus aptus. **Sera.** prohibet apostematata ea. ne confirmantur. et Sera. quidem offert omnibus membris ad que fluunt humores. sed semen tribuli agrestis quando bibitur frangit lapidem renum. et ambe eius species infrigidant et stipticant. et fit emplastrum cum eis apostematibus ea. et miscetur cum melle: et curat alcolam: et putredines que sunt in ore: et dolore gingivarum. Et exprimitur succus ab eo: et administratur in oculis. et semen eius est humidum. convenit lapidi renis et vesice. et quando. 3. i. bibuntur de prima specie ipsius: et fit emplastrum

cum ea convenit morbi tyri. et quando bibitur cum vino convenit medicinis mortiferis. Et qui decoctio eius rozatur super loca ubi abundant pillicce occidit eas. ille vero qui nascitur: et dicitur sandary in regione badabas datur ab incolis illius patrie animalibus pro cibo: dum est humida herba ipsius. et ex semine eius faciunt panem. nam ipsius est dulce et nutrit: et sic utuntur eo loco panis tritici. sandary est bonum dolori vesice: et strangurie. et augmentum magnum facit in spermate.

ap. 34.
Basap. ara. grece calamos: latine calamus vel canna persidis. et est illa et eadem que est in hispania. **Sera.** li. aggregata. ca. basap. auc. Dias. cannaz quedam est que nominatur bastos: et est illa que non est interius inanis ex qua sunt hastae sagittarum. et est que nominatur bublas et est femina. et alia est que vocatur syringias: et est canna longa habens nodos apta scriptoribus. et alia grossa inanis nascens prope aquas: et nominatur sineas: et a quibusdam dicitur cohuas. et quidam nominant eam cacamineres: et est illa que nascitur in paludibus. volo dicere quod radix eius est inter radices innoxias: et est ad soliditatem tendens: cuius color est fuscus. **Dias.** capitulo de canna. canne re albus. **Dias.** species sunt quatuor. una dicitur bastos ex qua sagitte fiunt. altera autem femina dicitur unde fiunt ligule ad calamos. tertia species est nomine syringias robore solido et duro et nodis spissis quibus scriptores utuntur. et est quarta genus calami quod carax appellatur: et a pluribus ciprion: quod genus maxime in irriguis locis nascitur et fructuosius: et illa est canna vidualis nostra. Est alia canna agrestis que grece dicitur calior: que est species graminis sicut apparet in littera agrostis: quam si animalia comedunt cito infert mortem: maxime illa que in vijs babylonie nascitur et in parnoso. hastas habet multas. folia sunt illi hederis similia: flos albus et odoratus. semen habet minutum et bonum: et radices. v. aut. vi. albas longas et dulces grossitudine unius digiti habens.

Dios. Bal. viij. sim. phar. capitulo calami frigiditatis: et est vidualis calamus. radicem cum bulbis dicunt euellere spicula: et stimulos funditus. aliqui conscripserunt quod si attractiva ei in existente virtute: tamen non fuimus nos experti. quantum vero coniecturandum est abster sine particeps virtutis est non paucè: nequaquam acris. folia vero viridia mediocriter infrigidant ipsa enim participant potentia abster sine. radix quoque eius adusta subtilium partium facit et diaphoretice virtutis fit habens quid et abster sine: ut calefacit et exsiccet secundum tertium gradum: et de siccat plura quam calefacit. cauendum est autem a suo achili: nam in auribus intrans offendit auditum ut fere faciat. **Dias.** radix canne vidualis catasurditate. **Dias.** plasmatibus adhibita cum bulbis infixis corpori eicit. aceto mixto dolores sciaticos mitigat. eius folia viridia cataplasmatibus

adhibita igne sacra compescit. et duricies soluit omnes. Quia eius adustum et aceto tritum alopias capitis emendat, flos autem canne si in aures missus fuerit auditum tollit. tantum potest quoniam et cypria canna canna agrestis elixa in vino et melle addito et mirrhe dimidia parte et piperis et libanofidi tertia parte: hoc medicamen oculorum caligines tollit: quod medicamen in bullida enca reponi debet. Elixatura radices eius tantum potest quantum et radix semen eius diureticum est: nauisam prouocat. ventrem stringit. Hascit in sicilia: quam ciues ipsi quinia vocant: que si viridis comesta fuerit a bouibus apostematur.

Basal i. virga pastoris.
Basan est medicina armenia finitima. est fortior euforbio. et cum eius potio augmentatur supra interficit. calida est et sic in tertio.
Basal i. cepe.
Basalakir i. cepe sine tunicie.
Basalatur i. squilla.

Cap. 343.

cancrum: et morpheam: et se. melācolicas. Dosis
non loti potio est a. 3. 5. vsq̄ ad. 3. 5. et loti potio ē
a. 3. i. vsq̄ ad. 7.

Cap. 45.
Lapis berillus secundum Dias.
in proprio capitulo lucidissi-
mus est et clar⁹ similis oleo. Albertus
in lapidario suo in proprio capitulo: lapis berill⁹
est coloris pallidi lucidi transparentis vt limphe:
et quando voluitur in eo videtur moueri aqua. se-
cundum plurimum autem eius generatio est in in-
dia: sicut et multarum aliarum gemmarum. sunt
autem multa genera et modi in specie lapidis isti-
us: sed meliorem esse ferūt: qui magis pallet: et plu-
res habet guttas que videntur in ipso manere.
Dosse. Dias. sculpiri in eo locu-
sa marina: et sub pe-
dib^{us} riss cornicula: et sub gemma ponitur herba
sauiā mōtico auro inclusa: gestat amorem con-
iugi et maiorem omnium facit. preterea ad oculos
vicia facit: et ad omnem valitudinem si aquam in
qua missus fuerit potui dederis. ructus et suspiro-
sos et epatis dolorem curat. Albertus: fertur autē
habere opera multum contra pericula hostiū: et

contra hites ⁊ reddere innictum. ⁊ in moribus di-
citur efficere: ⁊ ingenium bonum dare. medicorum
quidam dicunt q̄ valet ⁊ contra pigritiam: ⁊ con-
tra suspiria: ⁊ eructationes. ⁊ q̄ valet oculis humi-
dis. Expertum est autē q̄ quando rotundatur et
oculo solis apponitur q̄ aduritur: ⁊ ignem accen-
dit. dicunt autem q̄ coniugium conciliat inter vi-
rum ⁊ uxorem.

Cap. 416.

Lapis alabastrides secundū Di-
al. in proprio cap. est satis

Dosse. Dias. est laxati-
manifestus. uis: mol-
lit deniq; duricies: ⁊ stomachi dolorem ceroto ad-
mixtus.

Lapis corallus secundū Dias. pprio capitulo ma-
ximas habet virtutes: pro qua lege bassad.

Cap. 417.

Lapis lacteus est lapis secundū
Euicē. libro secundo ca-

pitulo proprio: qui cum fricatur aqua
egreditur ex eo quoddam sicut lac. ⁊ hic quidem
lapis est cinerei coloris: dulcis saporis.

Dosse. Auic. teritur cum aqua ⁊ ser-
uatur quod resolu-
ex eo in pixide plumbi: ⁊ cōuenit initio apostema-
tum. ⁊ fit ex eius fricatione alcohol: ⁊ phibet cur-
sum superfluitatum ad oculos: ⁊ vlcera in ipso ac-
cidentia.

Lapis galactides idem quod supra.

Cap. 418.

Lapis vesice est qui in vesica ge-
neratur.

Auic. libro secundo in proprio ca-
pitulo: dixerunt quidam
q̄ frangit lapidem renum ⁊ vesice: sed Bāl. dixit
q̄ nihil horum est.

Lapis molaris secundū Auic. in proprio capi-
tulo omnibus est notus: ⁊ est stipticus.

Cap. 419.

Lapis piritis Plin. in proprio ca-
pitulo: Lapis piritis on-

issimus est: qui ⁊ si ferro percutiatur:
scintillas emittit ⁊ ignem. Cassius felix in proprio
capitulo: lapis piritis idest focaria: a quo per al-
lisionem calidis vel alterius rei dure ignis enolat
sed Bāl. in epistola ad Blauconem exponit lapis
piritis idest lapis militaris: quod quidam intelli-
gunt de lapide lato super quez solent ignē ⁊ ferre.

Dosse. Plin. vires habet in similitudinē ea-
dimie. facit proprie ad oculos cla-
ritatem.

Lapis vocarius idem quod supra.
Lapis militaris idem quod supra.
Lapis lagia est similis ossibus elephantis: est su-
sci coloris ⁊ quasi subrufus.

Cap. 420.

Lapis lincis: Enax in proprio ca-
pitulo: sit o vrina lupi cer-

uarg micta: ⁊ in montibus coagulata:

qui in domo seruatus generat optimos fūgos su-
pra se quolibet anno. dicitur valere contra dolorē
stomachi: ⁊ ictericiam: ⁊ fluxum ventris.

Cap. 421.

Lapis sistos: Enax in proprio ca-
pitulo: est fusci coloris et

subrufus: oblongas arestas siue pinulas
non habens erectas: vt alumen scissū Enax.

Dosse. vires habet fortiter cōstringētes.

Lapis spongie est lapis inuentus ⁊ ortus i corpo-
re spongie: ⁊ ad quid valet lege affegi albach.
Lapis de barchim quid est lege famechi.

Cap. 422.

Lapis stellatus: Enax in proprio
capitulo: est o genere mar-

morum habens maculas ex auro. ⁊ ei⁹
est alius albus qui dicitur lapis marchasita. alius
indus clarus celestis: ⁊ vocatur lapis lazuli: pro q̄

lege lapis lazuli. ⁊ quandoq; minera fert vtrūq; si-
mul. ⁊ quandoq; est alius coloris viridis: ⁊ voca-
tur lapis chrysopassus: vt apparet si leges lapis
chrysopassus.

Lapis sidiricis i. scoriz ferri.

Lapis bydras. i. lapis ex nostris aquis generatus

Cap. 423.

Lapis trachinus: Enax in proprio
capitulo: ē lapis niger: na-

scitur in ponto amne qui est in egypto

Dosse. Enax habet vires sicut gagates: ⁊
dicitur accendi parum ab aqua:
sed extinguitur ab oleo.

Cap. 424.

Lapis quadratus secundū Plin.
in egypto inuenitur: simi-

liter ⁊ in ethiopia: ⁊ exalbidus est.

Dosse. Plinius: vires habet stringentes:
vnde necare dicitur conceptum.

Cap. 425.

Lapis gladios: Plinius in pprio
capitulo: velut cinereus est

Dosse. Plinius: latenter hu-
gustu dulci

git: ⁊ ideo facit ad lachrymas oculorum.

Lapis moroechnus secundū Plin. in proprio capi-
tulo inuenitur in egypto: ⁊ est pallidus.

Cap. 426.

Lapis flogmus secundū Plin.
um in egypto inuenit au-

rosus: ⁊ flamineum habet colorem

Dosse. Plinius: illinitus fronti somnus
inducit.

Lapis preparatorius corij. i. pumex: pro quo lege
famechi.

Lapis vlcam idem quod supra.

Lapis archadi i. lapis gagatis.

Lapis lincurius i. lapis lincis.

Lapis discalis i. scoriz cris.

Lapis litarmenum i. lapis lazuli.

Lapis keme quid est lege keme.

Lapis berzat

idem quod supra

Cap. 427.

Lapis albeston secundum Alb. in lapidario suo est coloris ferrei: qui secundum Plinium in arabia inuenitur. **Dosse.** Albertus: virtus mirabilis eius in templis deorum est manifesta: eo quod semel accensus vir aut nunquam poterit extingui: eo quod naturam habet animalis quod salamandra vocatur cum modico humidi vincti pinguis inseparabilis.

Cap. 428.

Lapis absinthus secundum Albertum est de genere gemmarum colore vitri rubeis virgulis. **Dosse.** Albertus: huius virtus fertur esse sicut lapis abescarius: licet satis remissior: nam accensus permanet calidus per septem dies vel amplius propter eandem causam: que dicta est de lapide abescario. lapidis etiam huius virtus est in prouocando et augmentando fluxum sanguinis: ut experientatores asserunt.

Cap. 429.

Lapis nigrozi secundum Aluic. libro secundo proprio capitulo: est lapis qui defertur ex nigris declinans ad citrinitatem. **Dosse.** Aluic. fricatur et egreditur ex eo fricatio mordicans lingua similis lacti. mundificat pannum oculi cum non est cum apostemate et ophthalmia: et conuenit vesiculis vlcibus in eo et radicat ungulam.

Cap. 430.

Lapis amandinus secundum Albertum est gemma coloris. **Dosse.** Albertus: venenum oculi aut extinguit aut reprimit: et vincere facit aduersarios: et plenam interpretationem somniorum facit intelligi.

Cap. 431.

Lapis cochylii. hoc vocabulum ponitur in quodam electuario Aluic. quod est contra vicius lapidis. et quidam dicunt quod est coecla marina: que dicitur cochylium: ut apparet si leges ostracorum. et quidam dicunt quod est coecla limaciarum. secundum veritatem lapis cochylii est coecla porphyre marine: et est cochylium marinum purpureum: quod inuenies si leges ostracorum.

Cap. 432.

Lapis ametistus secundum Albertum est gemma multum communis et nota: que est coloris purpurei: et transparentis aliquantulum obscuri. inueniuntur in ista specie multe differentie: sed quinq; se magis note propter differentias obscuritatis omnes acceptas. nascitur melior in hac specie in india est autem melior ad sculpendum eo quod alijs est minus durus. **Dosse.** Albertus operatur contra ebrietatem. et facit hominem vigilem. et malas reprimit cogitationes. et bonum in

scibilibus confert intellectum.

Cap. 433.

Lapis andromada secundum Albertum est lapis coloris argentei: et secundum plurimum in mari rubro nascitur. est autem quadratus et durus sicut adamas. **Dosse.** Albertus: virtutem habet contra furorem: et facilis animi cogitationem: et tristitiam: et granitatem: pro quo lege lapis quadratus.

Cap. 434.

Lapis palagius similiter dicitur secundum Albertum quod est gemma coloris rubei lucide valde. nunc et substantie transparentis: et dicitur esse semina carbunculi. et virtutes eiusdem remissas habet sicut semina ad marem se habet. et dicunt quidam quod est domus eius: et ideo palatium carbunculi vocatur. generatur frequenter carbunculus in lapide isto. et iam visum est hoc quod in lapide vno exterior pars fuit palagius: et interior carbunculus: propter quod huiusmodi genus lapidum dicitur esse de genere carbunculi.

Cap. 435.

Lapis borax secundum Albertum a quodam genere bufonis nominatur: quod sic dicitur quod ipsius in capite ponitur: et est duorum generum. vnum album aliqtulum fuscum. et alterum si vino adhuc palpitante bufone extrahitur in medio habet oculum ceuleum: et temporibus nostris extractus fuit vnus de bufone parvus viridis. aliquos etiam vidimus bufones habentes depictos in se qui de hoc genere dicebantur. vulgariter autem cropodine dicitur. **Dosse.** Albertus: foetides purgant intestinum: et superfluitates.

Cap. 436.

Lapis carbunculus: qui grece antrax dicitur: hic non naturalis rubinus vocatur secundum Albertum lapis placidissimus et rubicandissimus et solidissimus: habet se ad alios lapides sicut aux ad cetera metalla. et quando vere est bonus lucet in tenebris sicut carbo: et talem iam vidi ego. quando tamen iam bonus et verus est emicat in tenebris si perfusa aqua clara et limpida in vase vitreo mundo polito. qui autem neutro modo lucet: hic non habet nobilitatem perfectam. secundum autem plurimum sui inuenitur in lybia. et licet habet differentias plurimas: ut ait Enax qui dicit eum habere. xi. omnes tamen dicuntur esse ea. et sic secundum plus et minus. **Dosse.** Albertus: hic solus omnium aliorum lapidum virtutes habere dicitur: specialis tamen eius effectus est venenum fugare.

Lapis erarius est lapis marchasita: et dicitur erarius: quia ex eo tingitur es.

Cap. 437.

Lapis calcedonius secundum Albertum est pallidus et fuscus.

sensu aliquantulum obscurus. **Posse.** Albertus: hic si p
fozatur: et collo su
spendatur dicitur valere contra fantasticas illusi
ones ex melancholia ortas. etiam facit evincere can
sas: et virtutes corporis conservat. et hoc ultimum ex
pertum est multum.

Cap. 438.
Lapis calefarios siue calcofanos
secundum Albertum est ni
Posse. Albertus: virtus eius
est vocem clarificare
ger.
et raucecedinem mederi.

Cap. 439.
Lapis coranticas vel coratius se
cundum Albertum est la
pis crystallo similis infecto colore ce
ruleo: qui dicitur cadere aliquando de nube est to
nitruo. et inuenitur in grania et hispania: sed hispa
nia est can. **Posse.** prouocat dulces som
nos. et ad prelia et cau
sas vincendas: et contra periculum tonitruum dicitur
operari. hoc similiter ait Enax.

Cap. 440.
Lapis celonites secundum Al
bertum est purpurei colo
ris et vari. dicitur in corde testudinis in
ueniri: quia quedam sunt maxime testudines: habet
tes domos que sunt ut vere margarite: et nitentes.
Posse. dicitur et diuinatorum facit eorum qui
gestat sub lingua. hanc autem vir
tutem non dicitur habere: nisi quando luna est pri
mo accensa et crescens et monoides ultima decre
scens. et dicitur hic lapis ab igne non corrumpi.
Lapis cogolites dicitur secundum Albertum esse
in quantitate et colore similis ossis olivae. et alio no
mine vocatur lapis iudaicus: pro quo lege. lapis
iudaicus.

Cap. 441.
Lapis chryso passus secundum Al
bertum est lapis qui ab in
dia venit: et raro inuenitur: propter quod
et carior estimatur: in colore etiam est quasi sit ex
succo porri vel prassij coagulato: habens etiam au
ri guttas. propter quod et tale nomen accepit: ga
chryso aurum sonat in greco: prassius id est viride
viriditate porri. unde versus: Marubij folia sunt
prassia prassij. **Posse.** vires huius lapidis prassij
saque porri. **Posse.** etiam ad omnes cor
dis passiones efficaciter reperitur.

Cap. 442.
Lapis chrysolitus secundum Al
bertum est lapis in colore
tenens viriditatem lucidam: in qua ad
ad oculum solis micat ut stella aurea: et non est ra
rus. dicitur autem venire de ethiopia.
Posse. Expertum autem est quod spiritus
lia confortat: propter quod trinitas

asmatibus datur. fertur etiam quod perforatus: et setis
asini in foramine repletus: et sinistro brachio alli
gatus fugat timores: et melancholicas passiones. et
am dicitur in physis ligaturis in auro etiam po
situs et gestatus fugat fantasmas. et pellit stulticiam
et sapientiam proferre perhibetur.

Cap. 443.
Lapis crystallus secundum Al
bertum est lapis qui aliquan
do sit ex frigore: aliquando autem ex niue:
sicut sepe experti sumus: et in germania ubi mul
ti inueniuntur. uterque autem modus generationis
facilis ex superioribus erat manifestus.

Posse. hic frigidus oculo solis oppositus
ignem ejcit: si calidus sit hoc per
ficere non potest. huius ratio posita est in libro de
proprietas elementorum et planetarum. et dicitur
etiam situm restringere sub lingua positus. Et
expertum est quod tritus cum melle mixtus acceptus
a mulieribus repleat vbera lacte.

Cap. 444.
Lapis chrysolitus secundum Al
bertum est gemma colo
ris aurei in hominibus matutinis visu pul
cherrimus est. in alijs autem hominibus dissimilis. ab
igne autem corrumpitur et fugatur: et ut quidam di
cunt inflammatur: et ideo timere ignem dicitur. di
cunt autem alij quod est aliud genus istius lapidis: quod
est lapis ignobilis substantie: est marchasita au
rea: que medium quoddam est inter metalla et la
pides. dicitur autem tertium genus istius lapidis
esse coloris medij inter ceruleum et rubrum.
Posse. virtus huius lapidis est curare feb
rem et vlcera. et in manu gestatus
calorem febris mitigare dicitur.

Cap. 445.
Lapis chryso passus secundum
Albertum gemma est ab
ethiopia. **Posse.** dicitur lucere in
tenebris et euane
scere lumine superueniente: ita quod colorem non re
tinet quem habet in obscuro: et sit in ipso secundum
diferentiam luminis et tenebrarum reciprocatio
colorum velut in quercu putrefacta et noctiluca.
et de omnibus his in libro de anima dedimus ra
tionem perfectam. et vide.

Cap. 446.
Lapis deimonis secundum Albertum est
quidam lapis bicolor ut arcus
deimonis: quod iris vocatur. est autem deimon
dictus quod grece intellectus vel stellam claram stil
lantem. **Posse.** dicitur conferre febricitatem
sonat. **Posse.** dicitur conferre febricitatem
virescentem: venenosa pellere: et
victorem reddere.

Cap. 447.

Lapis diadochos secundus Al-
bertum est lapis pallidus
dicitur aliquantulum berillo similis.
Dosse. dicitur fantasmata in tantum ex-
citare qd magi maxime hoc vnu-
tur: tamen applicatus defuncto vires amittit: qd
mortem odire perhibetur. horum autem ratio ha-
beri potest in libris magorum: hoc est hermetis: te-
bis: bencorat: et ptolomei: de quibus non est presen-
tis intentionis.

Lapis Cap. 448.
dionysia secundus Al-
bertum est niger guttatus ru-
Dosse. expirat vinum: et odor
beis guttis. ipius vini fugat ebie-
tas: quod mirabile apparet. causa est autem qd vi-
num non odore sed vapore opilado inducit ebie-
tatem. lapidis autem huius odor simpliciter ape-
rius est: et expulsiuus vaporum.

Lapis Cap. 449.
draconites secundum Al-
bertum est lapis a capite dra-
conis extractus. et fertur ab oriente ubi
sunt dracones magni. virtus eius efficax sicut la-
pis qui vocatur borax: quando de dracone extra-
bitur adhuc vino palpitante. insidiantur autem dra-
conibus dormientibus: et subito scisso capite dra-
conis adhuc palpitante euellunt lapidem. anime eius
actus multa confert his etiam superfluitatibus qd
generantur in animalibus: et mortis corruptio al-
terat ea quando naturali morte corruptis humo-
ribus moriuntur: et quando mortua vel corrupta oc-
cisa iacuerunt. Ego autem in partibus alamanie
in suavia vidi lapidem super quem conuenerant
plus qd. xx. serpentes inter montes in quodam pra-
tor: cum transitum faceret inde domum terre:
milites euaginati gladijs sciderunt serpentes in
multa frusta: et in fundo tamen quidam magnus
iacuit serpens in multas partes incisus: et sub capi-
te serpentis inuentus est lapis niger formans vt
paramis abscissa non perlucidus in circuitu: colo-
ris pallidi: pulcherrimum habens descriptus serpe-
tem: et hunc lapidem ab vxore eiusdem nobilis mi-
bi presentatum cum capite eiusdem serpentis.

Dosse. dicitur venena fugare: que sunt
a moribus animalium venenato-
rum. victores dicitur etiam efficere.

Lapis Cap. 450.
eliropia secundus Al-
bertum est lapis viridis fere
sugaraldo similis aspersus sanguineis
guttis. hunc eliropiam dicunt esse vocatum nigro
montici et gemma. **Dosse.** si lapis iste vngat
ma babylonie. succo herbe eius-
dem nominis: et in vas aque plenum immisus fa-
cit sanguineum soles videri sicut si pateretur eclis

psim: cuius causa est: quia totam aquam ebullire fa-
cit in nebula: que inspissando aerem impedit sole
videri: sicut quando est cum rubore in spissa nube:
postmodum autem descendit rolando illa nebu-
la sicut per guttas pluue. oportet autem ad hoc qd
quodam carmine sacratus sit: et quibusdam cha-
cteribus mixtus: et sicut arreptici presentes sunt di-
uinando quedam predicunt: propter quod templo-
rum pontifices illo lapide utebantur maxime in se-
sionis idolorum. dicitur autem reddere hominem bo-
ne fame: et large vite. et contra fluxum sanguinis:
et venena valere. dicitur autem qd vnicuius herba sui
nominis vt prediximus fallit visus: ita vt homines
prohibeat videri. inuenitur autem plurimus in ethi-
opia: et cypro et india.

Lapis Cap. 451.
crydros secundus Al-
bertum est lapis in colore cry-
stallo similis: qd ppetuis guttis distillat
et tamen lapis non minoratur nec corrumpitur. ca-
in hoc profecto est: quia ex substantia lapidis gut-
te ille nequaquam distillant: sed propter nimiam
frigiditatem aerem se tangentem continue se mu-
tat in aquam: sicut faciunt lapides duris et politis p-
resolutionem frigoris. hoc similiter ait Enax capi-
tulo de lapide crydros.

Lapis Cap. 452.
epulitbes secundum Al-
bertum est lapis in mari
natus rutilans et rubicundus.
Dosse. incantationibus et physiciis liga-
turis dicitur valere. et qd gestat
tutum hominem seruat. et compescit seditiones. et
compescere etiam dicitur locustas et volucres: et
nebulas: et gradines: et tempestates a fructibus ter-
re. Expertum autem est qd oppositis oculo solis
ignem et radios ignis emittit. dicitur autem qd hic
lapis si in aqua seruente projicitur cessat ebullitio
eius: et post modicum frigescit. causa autem huius
alia esse non posset nisi pro certo: qd frigidissimus est
et motus a calore bulientis aque frigiditas suc co-
plexionis agere incipit.

Lapis Cap. 453.
exacolithus secundum Al-
bertum est lapis varius dis-
solutius: vt dicunt periti medicorum.
Dosse. vino permixtus et potatus valet
contra colicam et iliacam passio-
nem.

Lapis Cap. 454.
exacantalitus est lapis se-
cundum Albertum. ix. co-
loribus distinctus: parue quantitates val-
deigni frequentius in lilia inuenitur: et apud tro-
gotidas inuenitur et mouetur sepius: propter hoc
etiam oculos hominis dicitur efficere tremulos.

Lapis exacolicus idem quod supra
Lapis falcanos .i. arsenicum.
Lapis filatius est eadem gemma que chrysolitis
et est eiusdem virtutis ut ferunt gemmarij.

Lapis ^{Cap. 455.}
gagacomeon secundum
Albertum est lapis diuer
si coloris sicut pellis capreoli.

Dosse victores reddit se gestantes. Ex
pertum autem dicunt esse ab Al
chite principe quodam: qui quotiens hunc lapide
secum habebat semper vincebat in terra et in ma
ri: quotiens autem caruit fertur hostibus succu
buisse.

Lapis berzath quid est lege kenne.

Lapis kenne quid est lege quod supra.

Lapis qui inuenitur in oculis ceruorum idem quod
supra.

Lapis archadie est lapis qui cum accenditur non
extinguitur.

Lapis ^{Cap. 456.}
garatiden secundum Al
bertum est lapis qui fert
esse nigri coloris. probatur autem ve
ritas huius lapidis sic: si gestans lapidem totum
corpus suum ungatur melle muscis et vesperis expo
natur: et si intactus manet ab eis lapis est verus: et
si deponit lapides musce et vespe super mel cadunt
et sunt.

Dosse aiunt quod in ore portatus facit
gum. bene iudicare opiniones et co
gitaciones. fertur etiam quod gestantem gratiosum
reddat hominibus: ita similiter asserit Enax.
Lapis getolidus .i. lapis aquile.

Lapis ^{Cap. 457.}
granatus ut constantinus
ait in proprio capitulo et
Albertus: est de genere carbunculi. est
autem lapis rubens et perlucidus in colore similis
balauftis. est autem rubens aliquantulum obscu
rior carbunculo: et cum subijcitur ei in figillis ni
ger color tunc magis rutilat. et in hoc genere inue
nitur quidam modus: qui intra ruborem persus
babet viole colorem: propter hoc genus violatus
dicitur: et preciosior. **Dosse** dicitur letifica
re cor et pellere
tristitiam. et est ca. et sic. et quod quidam dicunt hunc esse
de genere hiacynti est falsum. inuenitur enim la
pis hic secundum plurimos in ethiopia: et aliquo
tiens intra tyrum iuxta arenas maris.

Lapis ^{Cap. 458.}
iaspis secundum Albertum
est lapis multorum colorum
et habet species decem. melior tamen est
viridis transparentis habens in se venas rubeas. de
bet autem in argento proprie ligari. hic in multis
partibus. **Dosse** expertum est contra san
guinem et fluxum men
struorum. Aiunt autem quod tegat conceptum: et in
uat partum. et quod gestantem se a luxuria prohibet.

In magicis etiam legitur quod si incantetur portante
reddat gratum et potentem et tutum. et fugat febrem
et hydropisim.

Lapis ^{Cap. 459.}
iena secundum Albertum
est a bestia que iena voca
tur sic dictus: eo quod oculi eius in lapide
vertuntur. **Dosse** Aiunt autem Enax et Alai:
totaliter. quod positus sub lingua con
fert diuinando dicere futura.

Lapis ^{Cap. 460.}
iris est lapis secundum Al
bertum crystallo similis:
et est ut frequentius exagonus. dicit au
tem Enax quod de arabia venit: et in mari rubro na
scitur. Hos autem inuenimus maximam copiam
horum lapidum in montibus germanie: qui sunt
inter renum flumini et treuerensem ciuitatem: et di
uerse quantitatis omnes sunt exagoni. in alijs au
tem lapidibus cum naturaliter sunt rotundi exago
ni efficiuntur: sicut foramina apum in medio po
sita exagona efficiuntur cum illa que sunt in extre
mis sunt rotunda. est autem lapis siccissimus: quod
sua indicat subtilitas maxima. fit autem ex aquo
succo qui ena dicit de materia lapidis qui generat i
luto rubeo. et quia hoc aqueum vehementer sicco
apprehensum est siccus et durus est lapis valde. cum
autem sub tecto soli eius pars immittitur: et pars
eius in umbra tenetur proijcit reflectendo pulcher
rimos colores iridis super oppositum parietem:
vel super aliquod corpus propter quod iris voca
tur: cuius causa superius est assignata. aliquid au
tem simile huic nascitur in gypso quod est perspi
cuum in extremis: et scissibile valde: et vitium co
pro vitro quidam in vitris.

Lapis ^{Cap. 461.}
iscultos secundum Alber
tum et Isidorum est cro
co similis: lapis in vltimis hispanorum
partibus frequentius inuenitur iuxta gades her
culis in tertio et secundo climatibus iuxta hispani
am illam quam modo hispaniam vocamus. et au
tem lapis filabilis propter viscositatem in eo are
factam. et si de eo fiat vestis non comburitur: sed ex
igne purgatur et nitet. et forte illud est quod genna
vocant salamandre: quia hec lanugo que inde col
ligitur est sicut lanugo lapidis humidi. quare au
tem non crematur in metheororum expeditum est
huius speciem quandam dicunt esse quandam lapi
dem: quem quidam vocant carbunculum album.
Dosse imitatur carbunculum in hoc quod
fantasmatibus et presagijs resistit
valet contra dolorem oculorum ex humida cau
sa. et redactus in puluerem sanat scabiem. Sic Isi
dorus dicit de lapide indaico quod est albus ad mo
dum glandis in quantitate.

Lapis ^{Cap. 462.}
kacabrates secundum Alber
tum est lapis filis crystallo.

Dosse. de eo fertur q̄ eloquentiam dat
et honorem et gratiam, valet con-
tra hydropisim.

Cap. 463.

Lapis kamam secundum Alber-
tum est lapis frequenter
albus in toto vel in parte; varius est in
colore; et frequenter inuenitur immixtus om-
nino: virtus eius fertur ex imaginibus et scriptu-
ris que inuenitur in ipso: et ex sigillis.
Lapis ligurius quid est lege lapis lincis.

Cap. 464.

Lapis liparis secundum Alber-
tum est lapis qui frequen-
tius in **Dosse.** fertur enim vir-
lybia inuenitur. tus huius lapidis
mirabilis esse, omnis enim bestia a venatoribus et
canibus infestata currit ad eum: et ipsum intuetur
quasi patronum: et ut aiunt canes et venatores non
possunt nocere bestie gladio quamdiu lapidem
hunc habet presentem, hoc ideo confirmatur per
Aetabari in lapidario suo.

Cap. 465.

Lapis melochites: quem quidam
melonithen dicunt secun-
dum Albertum lapis est arabicus grol-
se viriditatis: sed non translucidus sicut smaragdus
et est molis. **Dosse.** fertur q̄ virtutem habet
at custodiendi gestantem
se a nocivis casibus: et super cubacula infantium.
hoc autem ait in lapidario suo Enax.

Cap. 466.

Lapis mēphithes secundum Al-
bertum est lapis a civita-
te egypti: que mensis vocatur: qui dicitur
ut ignis calere: virtute quidem non actu.

Dosse. hic trinitus et in aqua mixtus in po-
tu detur vrendis vel secandis: quod
inducit insensibilitatem ne sentiat cruciandus. hoc
idem ait Enax in lapidario suo.

Cap. 467.

Lapis magnesia: quem quidam
magnosiam dicunt secun-
dum Albertum lapis est niger: et ipso
frequenter vitreatur. **Dosse.** hic lapis distillat
tur vitreatur. et sicut in magno
et forti igne et non aliter: et tunc immixtus vitro ad
purpureitatem ducit viri substantiam, hoc idem
Aetabari dicit in lapidario suo.

Cap. 468.

Lapis mandasida vel marcha-
sita secundum Albertum
est lapis habens multas species colo-
rum: quia colorem accipit cuiuslibet metalli: et
dicitur marchasita argentea et aurea: et sic de alijs
metallis, metallum tamen quod colorat eum non
distillat ab ipso: sed evaporat in igne: et relinquit
cinis subtilis: et hic lapis notus est apud alchimicos
et in multis locis inuenitur, hoc similiter Enax in
lapidario suo dicit.

Cap. 469.

Lapis nise Albi. dicitur aliqui hunc
esse de genere lapidum: et
inuenitur in capite bufonis: et sunt
duo genera, unus subalbidus: sicut si lac intraue-
rit in sanguinem et vincit eum: et ideo sanguinis ob-
scuras vias in eo dicunt apparere, et alius est niger
et aliqui pingitur in eo bufo sparsis pedibus et an-
te et post. dicunt etiam q̄ si ambo simul includan-
tur presente veneno eos adurere manū tangentis.
probatione autem lapidis esse dicunt: q̄ exhibitis bu-
foni viuo bufo elevat contra eum et agit ore si po-
test. dicit etiam q̄ p̄te veneno varius efficitur qui
subalbidus est, hoc similiter Enax dicit.

Cap. 470.

Lapis onyx fm Alberti. gema p-
hibet nigri coloris: inuenit
melius genus esse nigrum albis venis va-
riatum: venit autem de india et arabia. Inuenit autem quoniam
q̄ diversitatem propter varietatem venarum et colorum. fe-
runt si sardius sit prius ligatus onyx: et etiam suspendi-
tur a nocumento, hoc autem omnia si habet perfectio ideo ha-
bet: quia habet virtutes movendi melancholicam precipue
in capite, ex motu enim illius cum vapore omnia ista p-
cedunt, dicunt autem quidam onyx onychinum esse quod ve-
risimile est: vel q̄ sit alia species eius: sed colore non
est niger nisi aliquando: sed colore habet ut vnguis huma-
nus: sed in onychinis nostris inveniunt multi colo-
res: albi: nigri: et rubicundi: qui tamen omnes in substantia
am quidam fricant: que similitudinem exprimit vni-
guis hominis. Aiunt etiam q̄ ex lachryma arbo-
ris que onycha dicitur indurata in lapidem genera-
tur, et dicitur hanc causam esse q̄ odoriferus est in igne.
hanc etiam causam inveniunt esse q̄ frequenter alius
depictus imaginibus mirabilibus inuenit: quia la-
chryma a principio mollis facile formabilis pingit
et picturam retinet quam in lapide indurata coagulatur
hunc lapidem dicunt insensibiliter intrare in oculum:
et hoc esse mirabile, et ego vidi saphyrum intrare in
oculum: et lapidem galli: et quendam alium: cuius nomen
ignoravi sine oculi lesione, politus enim et tenuis
non ledit oculum: nisi tangat aciem seu pupillam: oculi
li sensibilis: et forte. **Dosse.** Aiunt q̄ collo vel
ramen vne. digito suspensus
excitat tristitiam: et timores: et in somno fantasias ter-
ribiles, et multiplicare fertur lites et tristitias, dicitur
q̄ auget salivam pueris.

Cap. 471.

Lapis opthalmius secundum Al-
bertum est lapis ab opthalmia
dictus: cuius color non nominatur forte,
ideo quia est multus. **Dosse.** valere dicitur gestan-
torum colorum. ti contra oculos ma-
los morbos oculos, visus autem circumstantia dicitur ob-
cecare: et ideo etiam patronus vocatur, gestantes enim
eum quasi invisibiles reddit, hoc similiter Enax.

Cap. 472.

Lapis onites fm Albertum habet
tres species: quarum una
est nigra et rotunda, alia viridis macula habens albam,

tertia cuius pars altera est aspera: altera plana. et est color eius quasi ferri lamina: et talis etiam est dispositio corporis eius: de quo fertur quod vinctus oleo rosarum: et gestatus preseruat ab aduersis casibus. **Dosse.** dicitur valere morbis pestiferis: et reptilium moribus. dicitur etiam in physis ligamentis: quod appensus mulieri prohibet ipsam impregnari: et si pregnantis est abortus facit.

Lapis ^{Cap. 473.} orphanus secundum Albertum: quod est in corona romani imperatoris: non vnicuique alibi visus est: per quod orphanus vocatur. est autem in colore quasi vinosus subtilem habens vinositatem. et hic est sicut si candidum nimis micans penetraret in rubrum clarum vinosum: et sit superatus ab ipso. est autem lapis perlucidus. et traditur quod aliquando in nocte fulsit: sed nunc tempore nostro non micat in te. **Dosse.** fertur autem quod honori conuenit regali. hoc similiter ait Enax.

Lapis ^{Cap. 474.} panterus secundum Albertum. est multos habens colores et in uno corpore lapis nigrum videlicet viridem et rubrum: et alios multos. inuenitur autem pallidus: purpureus: et rosus. **Dosse.** fertur autem fuscus efficit visus inuenitur autem secundum pulchrum in india. debet gestans respicere ad ipsum in mane oriente sole: et sit efficax et virtuosus. tot autem virtutes dicitur habere quot colores habet. hoc similiter ait Enax.

Lapis ^{Cap. 475.} peanithes secundum Albertum est lapis granatus de michedon: et est feminini sexus. **Dosse.** certo tempore dicitur concipere et parere consimilem lapidem. et valere aiunt pregnantibus.

Lapis ^{Cap. 476.} pirithes vel peridonius secundum Albertum est lapis coloris **Dosse.** dicitur autem valere fulgens ut ignis. **Dosse.** re contra arthriticam mirabiliter. et refertur de illo lapide: quod si fortius stringatur manu manuum aduret. vult ergo leniter et pauidè tangi: et ego ipse expertus sum sepius. dicitur autem de genere isto alia species esse: que dicitur esse chrysolito similis: nisi quia maior viriditatis existit.

Lapis ^{Cap. 477.} prassius secundum Albertum est lapis quis est mater et palatium smaraldi. est autem viridis coloris habens viriditatem sicut prassius. inuenitur autem aliquando cum rubris guttis: et aliquando cum albis. Est alia species istius lapidis qui inuenitur cum guttis aureis: et vocatur chrysopassus et rarius inuenitur: et ideo carior existit:

pro quo lege la **Dosse.** expertus est autem pis chrysopassus. **Dosse.** tem quod confortat visum. et quasdam iaspidis: et quasdam smaraldi habent operationes. hoc sicut ait Enax.

Lapis ^{Cap. 478.} quirin est lapis secundum Albertum qui inuenitur in nido vrppe aliquando: que tota est auis prestigiosa et angularis: ut dicunt magi et augures. **Dosse.** est autem hic lapis proditor res. **Dosse.** cretorum et fantasias promouens. si ponat supra peccatum dormientis. hoc sicut ait Enax.

Lapis ^{Cap. 479.} quandros secundum Albertum. est lapis qui aliquando inuenitur in cerebro vulturis. **Dosse.** esse contra quilibet nocivos casus. et replet mamillas lacte. hoc similiter ait Enax.

Lapis raquinay et olechitis secundum Albertum est idem quod bolus armenicus. est autem lapis subnube. **Dosse.** huius autem lapidis virtus pro us. **Dosse.** certo experta est constrictiva ventris: et precipue constrictiva sanguinis dysenterie et menstruorum: pro quo lege carnamentum. **Lapis** bolus armenicus idem quod supra.

Lapis ^{Cap. 480.} saphyrus secundum Albertum est lapis valde notus in plurimum ei venit ab oriente et india: inuenitur in hipopodomo apud podium puencie regione et ciuitate: sed non est adeo preciosus ut per omnia sit similis orientali. est autem coloris perspicuus sicut celum serenatum: sed vincit in eo flauus color. et ideo melior qui est non satis perlucidus. optimus autem qui habet nubes obscuras ad rubedines declinantes. inuenitur etiam bonus: qui albidus habet nubeculas: similiter substantia sua sit sicut nubes fusca transparens. **Dosse.** virtutes ego vidi res aliquotulum. **Dosse.** quod atraces duos sugant. aiunt etiam hunc lapidem hominem castum reddere: et interiore ardorem refrigerare. sudorem restringere. dolorem curare frontis et lingue. vidi ego vnus in anulo portare: et sordes ex oculis purgare: sed ante vult poni in aqua fri. et potest similiter quod autem dicunt quod amittit virtutem et colore postquam antracem curauit falsum est. dicunt etiam quod corpora vegetat. et paces conciliat. piuum et deuotum ad deum efficit. et animam in bonis firmat. hic etiam syrites a quibusdam vocatur eo quod in litore syrtium inueniatur.

Lapis ^{Cap. 481.} sardonis secundum Albertum. est lapis quem quidam sardonices vocant: est compositus ex duobus: sardonio videlicet et onice. Est ergo ruber et color eminet ex sardonio. est etiam albus et niger: color vnguis preserens ex onice. laudabilior autem est qui hos colores habet magis distinctos. inuenitur autem quinq; modis aut pluribus propter diuer-

san colorum mixtionem, et frequenter inuenitur in india. **Dosse.** fertur luxuriam expellere: et castum reddere: et pudicum. est tamen maxima huius virtus in hoc: quod cum onichinus nocivus sit hic nocere non potest: sardum in substantia habens admixtum.

Cap. 482.

Lapis sardius secundum Albertum est lapis ab antiquissimo inter preciosos lapides memoratus. est autem habens ruborem spissum cum substantia peruiat: sicut si peruietas imaginetur in rubea terra. et secundum hanc diuersitatem inuenitur quinque modis: ita quod aliquis nihil habet de peruietate: et forte ille matrix est aliorum et domus in qua generatur. in sardis autem ciuitate repertus esse dicitur: et sic vocatur. **Dosse.** aiunt hunc lapidem accendere animam ad gaudium. et aciem ingenii: et per virtutes contrarias ligare onichinum: hoc similiter ait Enax.

Cap. 483.

Lapis sarda: et alij dicunt sardo secundum Albertum est lapis qui se habet ad tabulas ligni sicut magnes ad ferrum: et imo adheret ita fortiter tabulis narium in mari: ut a tabulis euelli non possit nisi abscondatur cum ipso ea pars tabule cui adheret. est autem in colore prassius hoc est virens. hoc similiter ait Enax.

Cap. 484.

Lapis selenite secundum Albertum est lapis de quo varia referuntur. dicunt enim quidam eum nasci in quodam genere testudinis indico: et esse varium. dicuntque hunc esse virentem: et in perfide partibus frequentius inueniri siue in arabia: ut inquit Plinius. dicunt autem hunc crescere luna crescente et decrescere luna decrescente. **Dosse.** gestatus autem fertur conferre presentiam quandam futurorum si sub lingua portetur: precipue prima luna et decima existit. dicunt etiam quod mane prima luna tantum habet virtutem in prima hora: decima autem existente luna in decima hora. et modus diuinationis est quod cum ponatur sub lingua et cogitetur de aliquo negotio: verum fieri debeat aut non. et si fieri debeat corde tenetur et insigitur: ita quod auelli non possit: et si fieri non debeat statim cor desistit ab ipso. fertur etiam quod curat languentes pituiticos et debiles. hoc etiam ait Isaac beniamin.

Cap. 485.

Lapis syrius secundum Albertum est lapis a syria dictus: ut dicit Isidorus: et est lapis qui integer natat: et continuus fluctuat: cuius causa est quod iter per poros aeris continet: quod euascat a puluere comminuti lapidis. hoc similiter ait Enax.

Cap. 486.

Lapis sarcophagus secundum Albertum est lapis deuotus cadavera mortuorum. grece enim sarcos

sonat caro fagos autem comedere. antiqui autem alij qui de hoc lapide prius fecerunt archam mortuorum eo quod in spacio. xxx. dierum cadavera consumuntur. ob hoc autem nostra monumeta lapidea sarcophagi sunt vocata. hoc similiter ait Atabari.

Cap. 487.

Lapis samius secundum Albertum est lapis a samo insula in qua inuenitur dictus. hoc autem lapide polietur. **Dosse.** fertur autem quod portat aurum. vertigines sedat. et mentem solidat. habere autem hoc vicium dicitur quod alligatus in costa parturientis impediatur partum. hoc similiter ait Atabari.

Cap. 488.

Lapis succinos secundum Albertum est lapis crocei coloris: quem greci election vocant. inuenitur enim translucentis sicut vitrum. vocabulum habet a materia: quia a succo vel guma arboris nascitur que pinis vocatur. lambra vulgariter vocatur. **Dosse.** confricatus autem trahit folia: et paleas et fila sicut magnes ferrum dicunt autem quod confert portantibus se castitatem de expertis autem est quod fugat serpentes. pregnantibus autem valere dicitur ad facilem parturitionem. hoc similiter ait Enax.

Cap. 489.

Lapis specularis secundum Albertum est lapis ad modum vitri perspicuus. dicitur autem in hispanorum urbe segondia primitus inuentus esse. Ego autem vidi illum abundantius inueniri ita quod currus inde onerantur in diuersis partibus thetonie. et vidi etiam in gallia inueniri cum gypso: quod est gypsi extremitas quedam. effusus autem scinditur in quaslibet partes tenues: et sunt inde fenestre sicut de vitro: nisi quia loco plumbi oportet ponere lignum. Sunt autem tres species eiusdem: una videlicet lucida sicut vitrum. alia nigra penitus sicut atramentum. tertia citrina: que vocatur auripigmentum vel arsenicum: quod clarior est et nobilior.

Cap. 490.

Lapis topazion secundum Albertum est lapis sic vocatus a loco sue prime inuentionis: que fertur vocari topans insula: et quia auri similitudinem pertendit. sunt autem due species in hoc genere lapidis: quorum una est similis in omnibus auro: et est preciosior: alia est croceum magis tenens coloris quam aurum: et hec vilior est.

Dosse. expertum est in nostro tempore quod aqua bulicte si immittatur ita sicut defertur facit quod statim manus immissa extrahitur sine lesione. et hoc fecit parisius vnus de nostris socijs. dicunt etiam quod valet contra emoptoicam et lupaciam passionem. hoc autem certum est quod

speculus est lapis iste: et idolum obiecti corporis sit
cut speculum concavus in visum representat. Et na
scitur in ovincho. hunc cum aliquis tenet in manu de
extra contra solem radios emittit: et ignem enomit
ut videns miretur. nam qui eum portant circa fini
strum brachium omnes turbas contemnit. hoc locu
ste et grandines a fructibus remouentur: et ardore
veneris deferuere facit.

Cap. 49i.

Lapis turchoys secundum Aliber
tum est lapis flauis coloris
nitidi candentis: ac si lac penetraverit, in
flauis coloris: et resiliat per ipsum ad superficiem:
est autem non perspicuus. **Dosse.** dicunt autem quod vi
cuius neque rarus. **Dosse.** sum conseruat et
a nocuiis, casibus defendat se portantem.
Lapis episticon idem quod supra.
Lapis virites .i. lapis piritis.

Cap. 492.

Lapis ziguities. Euax est lapis co
loris vitrei.
Dosse. gestat collo valet con
tra noctilopam. et con
stringit sanguinem. et depellit mentis alienationem.

Lapis cogalites	.i. lapis aquile.
Lapis echites	idem quod supra.
Laran	.i. apium risus.
Laramon	.i. bdellium.
Larapia	.i. matricaria.
Larion interpretat flueri: idem collyrion: est que libet medicina qua utimur in solida substantia que comouet fluxum ut suppositoria et similia. unde ap propriatum est hoc vocabulum ad signandum illud quod ponitur in oculis.	
Lardia separ	.i. ser vini.
Larosa	.i. mandragora.
Larofades	.i. serpillum.
Laroplation	.i. vsnee.
Lassa. i. assa fetida: et est silium.	
Lasa. i. abalmeas amel de fumigia latus est.	
Lasagion	.i. almea.
Lafenel chelbe	.i. lingua canis.
Laserpitium	.i. assa fetida.
Laserion	.i. amomum.
Lasinar	.i. flores amigdalay.
Lasuarcb	.i. aaron.
Lasuarcbi	idem quod supra.
Latalus	.i. ostrea.
Latarailb	.i. acetosium.
Latara idem quod supra.	Latabaco. i. borax

Cap. 493.

Altamie ara. lati **Sera.**
ne caro.

li. aggreg. ca. latamie auc Hal. latamie
alfabay. i. caro tyri calefacit et desiccatur calefactio
ne forti: maxime quando fuerit condita cum oleo sale et a
neto et porri et aqua quantitate necessaria: est ut vide
tur virtus mirabilis pueniens usque ad cutem cor
poris expellens inde superfluitates que sunt in corpo
re: et propter hanc causam generat in cute illos qui co

medunt has carnes in quorum corporibus sunt humo
res mali res ab humoribus illis generate exites
cutim similes squamis: et hoc fit a proprietate ipsarum
nam carnes iste adherent humiditatibus: et addu
cunt eas ad cutem: et maxime quod ex eis est grossum
terreum: ex quibus generat scabies et egritudo cuius
qua eleuat cutis. et iam verificauit experientia: quod ty
rus quando ponit in vino: et bibunt ex eo leprosi ingros
satur cutis eorum tota: deinde cadit sicut cadit teste
animalium ostracorum: et remanet eis post hoc caro
mollis sicut caro que remanet in ostrachis et can
cris quando cadunt teste eorum. et quando bibunt leprosi ex ty
riaca que fit cum carnibus tyri cum assiduatione. et li
nitur corpus eorum cum ea conuenit eis valde. Et ideo
auc. Dial. caro tyri cocta et comesta acuit visum:
et prohibet scrofulas augmentari: et os quod excoietur
et auferat caput eius et cauda. quidam autem volunt quod
abscindat de extremitatibus ipsius quantitas certa:
sed errauerunt: residuum vero lauatur cum oleo et ruta
sale et aceto. et dicunt quidam quod qui comedunt istas
carnes generant multi pediculi: sed non est verum. et
qui utuntur his carnibus augetur vita eorum. Et idem
ca. herbe auc. Hal. caro herbe huius virtute attracti
uam: que quando teritur et fit emplastrum cum ea extrahit
infixa corpori. Et idem eodem ca. auc. Dial. quando come
ditur caro herbe recens est gluciatia et mollificatiua
ventris. mundificat pulmonem: et acuit vocem. et quan
do fit emplastrum cum carne ipsius salsa veteri attra
hit infixam corpori. et aqua carnis ipsius salsa que
sedent in ea habentes vlcera intestinoz in princi
pio egritudinis est ei conueniens. et fit clystere cum
eorum curat sciaticam. Auier. i. colliget ca. de carnibus
melior caro ex volatilibus est caro galline iuuenis sa
ne et pinguis. et huius mirabile proprietate in tripando con
plexione: et propterea brodium suum est optima medici
na leprosis: quod cerebrum eius augmentat substantiam
nostri corporis: et acuit ingenium. ex ambulationis pro
ipsas est caro hedi: et post caro arietis. Sed Hal.
videt quod carnes vitulorum sunt meliores carnibus ari
etis. et Auic. dicit melior carnis est porcina: et sen
tit quod illa caro sit naturalior hominibus quam alia caro ani
malium ambulantium. et multi vitupant carnes agnorum pro
pterea quod dicitur multa humiditas super eas. Rasis
carnes agnorum sunt post bonitatem carnis bedorum. et
ex volatilibus: et ex laudabilibus sunt carnes pardi
cum: sed declinant parum ad frigiditatem et siccitatem: et sunt
sicut galline deserti. et habent proprietatem stringendi
ventrem asse et elix. Sed turtures sunt similiter bo
ne: sed declinant plus ad caliditatem. et habent mira
bile proprietatem in aciendo ingenium. Columbe sunt
ca. et sic grossioris substantie quam turtures. et pulli eo
rum habent humiditatem superfluum: et hoc signi
ficat grauitas motuum ipsarum: sicut significat ca
lor eorum actualis: et velocitas digestionis eorum
in stomachis super ipsorum calorem: et propterea
qui volunt abstergere margaritas et clarificare dant
comedere eis et incontinenti debent occidi: et extra
huntur clarificate: et si cito non interficerentur
multum diminuerentur quantitates margarita
rum. et caro veteris palumbi masculi mirabilem

h3 virtutē i epilepsia z paralyticis. z carnes turdo
rū z in lingua arabica: alcamari sunt sicciores pre
dictis z grossiores substantie. passerēs aut omnes
ea. z sic in fine caliditatis sunt coturnices que simi
lant columbis z sunt perdoes: magne sunt tpeate
aliquantū declinantes ad calorem. z sunt subtilis sub
stantie generātes bonos humores. z sunt bone cō
nalescentibus. z sturnelli qui dicūt carzu sunt cal.
z sic. z graues ad digerendū. p quibus lege dimeg
z grosse sunt nature. Raby moyses ca. de carnib.
volatiliū auc. **Gal.** carnes volatiliū in corporibus
calidis generant multā cholera. z oīa cerebrā sūt
mala stomacho. sed testiculi galloz sūt boni. z id
qō oīz ex aīalibus siluestrib⁹ est melius q̄ ex do
mesticis. z cuitanda sūt aīalia vetera. z vicina par
tū. z brodia gallinaz elixata. z adaptant cōplexi
onē. z impinguant corpora. z pulli columbaz in
ducunt dolorē capitis. Turures cōfirmant sensū
galline z galli laxant ventrē. pavones dissoluit co
lica. Coturnices sunt bone sanis z ventri. frangūt
lapidē. z ducunt urīnā. z generant spasimū. Carnes
hedine fere pueniunt oēs alias carnes. Carnes ca
preoline comobozant spiritus. z relaxant virtutē q̄
cecidit. z valent cōtra syncopim. testiculi galloz
sunt boni: quia iuuant defectos. z multā nutriūt z
augent sperma. Lingulanda sunt aīalia de sero cū
carnes debent comedi d mane tpe hyemis: s3 esta
te in auroz: q̄s comedunt p solis ortū. senes z de
crepitū sunt cibandi cū aīali occiso per diē z noctē
iuuenes z fortes recent. Capita aīū masculinū
valent ad **Amic.** h. 2. ca. de carnibus. Car
coitū. **Amic.** nes bone sunt. caro ouina q̄
cū caliditate est subtilis: z iuuenū capraz z tauro
rū: z carnes illoz qui de eis sunt parui magi sunt
susceptibilis digestionis z subtilioris nutrimentū. z
hedina quidē ē minor superfluitatū q̄ arietina.
caro lactantis lacte laudabili est bona: lacte vō nō
laudabili est mala. z caro decrepiti que est ex ouī
bus est mala: z silr extenuati est mala. z caro nigri
est lenior z suauior: z silr caro masculi: z rubea di
uisa ex aīalib⁹ plurime pinguedinis: z alba sunt le
uiores: z varia est minoris nutrimentū: natat i sto
macho. Melior caro z digestibilior est illa que ē
circa os. z dextera quidē melior z lenior est q̄ si
nistra. z que est in medio lacertoz mundior ē car
ne neruoz. caro aut laxa supra quā nō est neruus
fortasse est suauis: z pprie que est ppter generatio
nē lactis: sicut caro māmille. z māmille quidē nu
trimentū est bonū: q̄ si in ea est lac est grossum. te
sticuloz vō caro est melior alijs. Et volucrū q̄dez
caro melior est adurach: z gallinaz: z subtiliorū
earū. Omnis pterea aīalis sicce cōplexionis caro
parui est melior sicut caro hedi. ipsa enim est bo
na: caprina vō nō est bona multū. z ei⁹ humor for
tasse est malus valde. hircina vō caro est mala ab
solute. z caro lupoz mala. z omnes volucres ma
gne aquaz male: z habētes colla longa: z pauo z
mīuus: z palumbres dure plurima gñatio est me
lancolica. z passerēs omnes mali sunt. Melior ca
ro ex siluestribus est gazel. deinde porci siluestris

nam est velocioris digestionis q̄ domestica z p̄
mi nutrimenti. caro auis omnino siccior est carne
quadrupedis. z caro vaccina siccior est caprina: s3
caprina est siccior z difficilioris digestionis carne
ouina. z caro vetē est vehementioris calefactio
nis z grossi nutrimenti. leporis vō caro est cali. z
sicca: pro qua lege arnaben. Carnes magnaz aī
um sunt grosse. Anatis vō caro z aquaticaz ē ve
hementis humiditatis: z est p̄pina in hoc carni
ouine: pro qua lege bar. Caro vaccia plurimi est
nutrimentū: grossa: melancolica: generans egritudi
nes melancolicas. z qō est melius est caro vitulo
rum. porcelloz vō prauū est nutrimenti ppter for
titudinem sue resolutionis: z vehementiaz sue hu
miditatis. z caro anetis est plurimi nutrimenti nō
tū existit in bonitate gallinaz z similiū. Caro vi
pere fert lepra. Caro erici est humectatina: z cō
uenit lepre: z hydropisi: z dolori renū. Caro rane
conuenit puncture vermiū venenosoz. Cinis car
nis asini fm **Amic.** z epatis eius cūz oleo superpo
situs valet ptra scissuras frigori. z delet scrofulas
sanat leprā. contracti ex siccitate sedent in iure car
nis eius. Epar eius affatū ieiuno comestū cōuenit
epile **Dias.** capitulo de testudine. testudinif
psie. **Dias.** terrene abscinde caput z pedes
z reliqua coque in caldario quousq̄ possunt offa
a carne separari: z sic p̄sico ossibus intraneis ab
iectis carnem conde cum pipere cinnamomo spi
ca butiro aut oleo aut pinguedine vsina: z da ad
manducandū nescienti infirmo: z post coopi illū
vt sudet nimis: z de aqua vbi caro cocta est sōme
ta eum z sanabitur: nā pbata res est. ad omne do
lorē dentūz item sanguis leporis curat inunctua.
z crura functione capillos educit plurimos. z co
clea ei⁹ icēsa eadē facit. z arsurā de foco sanat fel
eius. cū melle sine fumo mixtur caliginem nimis
tolli. z cataractas **Amic.** libro secundo capi
venturas destruet. **Amic.** tulo de testudine.
caro testudinis cōuenit epilepsie. z fel eius valet ad
alcola: z distillatur in nares epilepticorū. Et idez
ca. de onis. ona testudinis siluestris dicunt q̄ cō
ferunt epi **Sera.** libro aggrega. capitulo dez
lepie. **Sera.** tunc. **Gal.** sanguis nemo
ralis testudinis curat epilepsiam quādo sumitur
in potu. z sanguis testudinis marine quando bibi
tur cum vino: z cū coagulo leporis z cymino con
uenit moribus venenos. z cōuenit bibentib⁹ ra
munculas. de virtute epatis quorundā animalū
lege rebith. z de virtute cerebri lege dimag. z de v
tute pulmōis lege hich. z d v̄tute renū lege chule.
Gal. tertio libro dinadimidiarū capitulo de
generatibus superfluitates: dicit q̄ ista
generant supfluitates multas: passerēs: anseres: pi
sces p̄ter petrinos: viscera oīa interiora: spialis
medulla: cerebrū: aues de stagnis z paludib⁹: por
celli: ouium caro z omniū nouoz animalū z qui
ete viuentiū: cernicalia aīalū: cūde z caro agre
Virtus nardi est ca. et sic. et prouocat vrinaz: et ppter hoc qñ bibitur stringit vtrē. et qñ sit cum ea nascale stringit mēstrua: et desiccāt humiditates que currunt ad collum matricis. Et qñ bibitur cū aqua fri. sedat syncopim. et confert cardiacē et inflā mationibus epatis. et icterice et egritudinibus renū. et qñ decoquitur in aqua: et sedet i ea mulier confert apātibus ca. que sunt in matrice. et cōfert casui capillorum: et plapebrazū propter ei⁹ stipici tatem: et facit eos renasci. et cōuenit medicinis oculi. Spica romana. i. celtica. virtus eius ē sicut virt⁹ nardi syrie: nisi quia prouocat plus vrinā: et confert magis stomacho qñ bibitur cū decoctiōe ab sinthij. et cōfert apātibus ca. epatis: et ictericie et inflā mationi stomachi. et qñ bibitur cū vino cōfert apostematibus splenis: et dolori ventris: et vesice: et renū: et inflā mationi stomachi: et morib⁹ venenoforū: aīalium. et ingreditur in cōsectionib⁹ oculorum. Spice mōtane radix cōfert in omnib⁹ quib⁹ confert spica celtica. Et idem auc. Alben mesuay. Proprietates eius ē q⁹ retinet mēstrua supflua qñ sumitur in potu. Plini. cap. de spica quedam vocatur spica nardi: quedaz vocatur spica celtica: et quedam ē celtica montuosa. Spica nardi cal. ē in primo: sic. in scōdo. vnde a similitudine cognominata est. similis. n. est spice frumenti. et velut aristas plurimas hz in modum capillorum tota collecta et densa velut fascicul⁹ paruissimus. nascitur in India ex vna radice parua sine folijs: dicitur tñ et syrica: non qz in syria nascitur et legitur: sed qz montes indie i quibus abundanter inueniuntur syrie par tē spectant. verum illa est optima que est odorife ra et colore subrufa: gustu subamara: recēs et leuis non vasta. habet vires stipiticas et calefactorias. Spica celtica nascitur in illyrico hoc nomen hñs apud eos. hec i syria nascitur: et in italia: frutices hñs super terram breues et spissos. colligitur autē a ciuib⁹ cum radicibus. similiterqz fasces faciunt que plena manu continent: et iō ab alijs fasces gallice appellantur. hec hz folia oblonga et non lata: florē mellinum: odorē circa se suauē cōtinens est: et similis i virtute spice syriace. Est et alia spica celtica mōtuosa que a plurimis partib⁹ appellatur. hec nascitur i sicilia similis i folijs et ramis irigio sz spica breuior est: et spinosas radices mittens duas aut tres odore suaves: et nigriores colore simi les affodilli radicibus. hec nec florem nec semen hz: sed virtus ē illi similis celtice superiori. Sed qdam mentientes dicunt celticam saluincā: et pro ea ponunt sed falso. et quid est saluincia. i. Lmucasar.

Cap. 651.

Sifseleos arab. vel ascegelios: grece sifeli: latine si ler mon. **Sera** lib. aggreg. capi. si tanum. **Sera** sifseleos auctoritate Dias. Folia habet similia folijs feniculi: nisi qz habet longiora et grossiora. et habet bastam longam i cuius summitate est corona: in qua ē semen longum et latum: hñs angulos: et grossum: acuti sa poris: fortis odoris: et est illud qd est i vlu: et admi

nistratur in cibis. et hz radices longā boni odoris. **Sal.** viij. simp. phar. cap. sifseleos scōm translationem arab. radix huius plante et semen hz caliditatem tātam: qz prouocat vrinaz fortis puocatione: et cū eo virtus subtilis: qua confert asinati et epilepsie. Et idē eodē li. et eodem capi. scōm translationem grecam. Sifseleos radix quidē et fructus calefactuum est intantum vt sufficiēter vrinatum sit pharmaci. Est autē ex sub libus p tibus: vt ad epilepsias et orthomias competat.

Sera auc. Dias. Virtus eius est calefactua. i. radice et semine. et qñ sumitur ex eis in potu. prouocat vrinaz. et conferunt coartatio ni anhelitis i qua oportet hominem erigi: et asma ti et suffocationi matricis: et prouocant mēstrua: et expellunt fetum. et cōferunt epilepsie et oībus do loribus interiorū mēbroz. et qñ sumitur de aliquo illoz: aut ex vtroqz cum vino in potu: confert tussi antique et debilitati digestionis: et torsionibus ven tris et debilitati epatis. et qñ sumitur ex ea cum vi no et pipere preseruat et defendit hominē a frigo re aeris: et ppter hoc confert itinerantibus in hye me. et qñ hoīes et alia aīalia comedunt de hac plan ta in tēpore coitus eoz: confert eis statim ad ipre gnandum. Et idē auc. Alben. mesuay. est ca. et sic. in si. scōi gradus. Icidit et dissoluit hñores phleg maticos viscosos et congelatos: et propter hoc ape rit vias omnes et cannales opilationis. et prouocat vrinam et mēstrua. et confert asinati et omnibus egritudinibus phlegmaticis.

Scinus	i. lentiscus. i. l. botim.
Scinus vlcereum	i. empetigo.
Scindaminum	i. agrifolium.
Syrupus arelea	i. de piris.
Scilla. i. bulbus qui dicitur squilla.	
Sciniar	i. lactuca alini.
Syrupus diaquilon quid est: lege litteram dia quilon.	
Syrupus iuinbinus fit de iuinbis liquiricia et re bus maturantibus pectus: que inuenies i viatico.	
Scinifes	i. sinifes.
Sciston	i. serum.
Scirofis	i. duricies.
Scibofub	i. alumen.
Scirum. i. folium aque vel flos aque.	
Sciantunaram. i. coloquintida agrestis.	
Siracost	i. manna
Schirus. i. apostema quod ducit ad corruptiones membra: et est durum.	
Schirofis. i. apostema melancolicū sine dolore.	
Sfinichia	i. dactili.
Sfinichion	idem quod supra
Skinos	i. lentiscus.
Skirus. i. durus: et est propter apostema durus vt pulsus durus pōt sic vocari.	
Skiranis	i. durus.
Smirne basilicon	i. myrta.
Smirmon	i. scolopendria.
Smirra	i. myrta.
Smitica	i. absterfina.

Sonticus morbus pessim apud medicos. Lenifer di

Smirna
Smirnx

idez quod supra.
i. vernix.

Cap. 653.

Smirnas Dias

nas siue smilas. herba ē sicut matrisfilia: hñs aspera folia peridimio similia cuius virge sex aut septem sūt sicut bati implicantes se nicinis arboribus aut saxis. semē habet simile vni: qđ qñ maturauerit nigrum colorē facit cū gustu submordaci: cui radix est dura et grossa. et nascitur locis aquosis et asperis. semē eius et folia venenis occurrunt: nā si ante accipiantur uenena non sinunt nocere. Dicitur at qđ si ab infāte accepta fuerint venena non sinunt sentire. Spica nardi quid est: lege litteram simbel. Spica syriaca idem quod supra. Spica celtica quid est: lege litteram quam supra. Spica montana quid ē. l. litteram quā supra: et ē quā cōiter vocabat celticam sed falso.

Cap. 653.

Sinachia

latine: grece a
spenach.

Sera.

i. aggr. suis cap. aspenach.

Aspenach sunt frigida et humida in fine primi gradus. leniunt ventrē. et cōferunt dolori pectoris et pulmonis qui sūt a cholera et sanguine. Nutrimētum eorum ē meli? nutrimento atriplicis: et operatio eoz ppe operatio nē eius. et sunt lenificatina. et ipsius nutrimentum melius ē nutrimento chrysolocane. et i ipsis ē virt? absterfina uel lauatina. et vincūt cholera: et fortasse restringunt stercus a iure eoz: ergo auferantur a iure suo. et si comedantur cōferūt anbelitui et pectori et pulmōi ca. et confert doloribus dozi con sanguineis. et est lenificatina ventris.

Spica fetida i. cicuta.
Spica inda. i. nardi: lege litteram simbel.
Spica aleip idē qđ supra.
Spica aromatica idem quod supra.
Spica nereiden i. romana.
Spica asclira idem quod supra.
Spica siluestris. i. fu. Spica satich. i. spica inda.
Spica lata quid ē. l. litteram acul altar oeg.
Spina babylonica quid est: lege litteram bec.
Spinie. i. simenia: lege litteram simenia.
Spina arabica i. fuchaa.
Spina egyptia idem quod supra.
Spina iudaica idem quod supra.
Spina que vocat sinobatus vel saccupalea: uel rubus caninus quid est: l. litteram set.
Spina alba dicitur echinū scōm librum antiquū de simplici medicina. et puro sic dicit: eo qđ capitel lum simile bz ericio marino: qui vulgariter uocatur latina lingua ecino mario: et ista ē que a Dias. vocat acatissence sic eum describēs: et ē bedeguar Spliu. i. gariofili. Sinteria. i. alumen.
Stirates. i. storax. Stimeos. i. calcecaumenon.
Sticados citrinū uel arabicū qđ ē. l. l. asenkodos.
Stingar sit ex radice cheisim et aceto. et quidaz d.

cūt qđ sit ex radice auiden et aceto et sale: et uocat stigar.

Stiptic? i. anster? et stiptic? strictin? ul? d' siccatin?

Stimeci. i. caputpurgia. Stipa. i. canna.

Stiria. i. gutta. Sticos. i. lethica.

Stibeos. i. scabiosa. Sturagen. i. scuragen.

Stipticum. i. siccatorium uel ponticum.

Stipticum i. constrictum.

Stigmata i. vnguenta odorifera.

Stinctus arbor quid est. l. l. botum.

Stipteria fistis i. alumen scissum.

Stibens lapis est fulgens i se et splendor: et i metal

lis iuenitur colore similis plumbo. virtutem simili

lem bz molibdis vel calcecaumenon Dias.

Stiray. i. storax. Stiracos idem quod supra.

Sticadulus i. barba ionis.

Stitillarū. i. scabies que est in cooperatura oculi.

Stiegligi emblici conditi cum lacte.

Stimar. i. napus. Stiptansitis. i. alumen.

Stimeo est genus quoddam terre.

Stincus animal quid est. l. l. kbule.

Stignum i. eruca generatina.

Strignum quid est. l. l. bameb. Stritin. i. stricius

Stricinum idem quod supra.

Stricinz i. stipticum.

Striones sūt vermiculi qui oriuntur i dentibus.

Solmontana i. siseleos.

Sorepi i. aristologia longa.

Soldanella quid est. l. l. chachille.

Soac ē arbor magna qđ orit i egypto: quā ignoro

Sofoclas. i. facedola auis. Solata sūt apostemata

Solsequia. i. clistropia. Sota. i. iūci radix.

Solmercia. i. ciclaminus. Sonoba. i. pinea.

Sobolis. i. spica. Soanis. i. anisum.

Soltira. i. saluatrix. Sortalimon. i. ambrosia.

Sores. i. lac acetosum et coagulatū sine sale.

Sonera. i. clolea quam deferunt pegrini a sancto

Jacobo.

Solatrū cuiuscumq; generis quid est. l. l. bameb.

Sora. i. herba de qua sit alcali.

Cap. 654.

Orbes

arbor ē se
res sorbas

lib. aggre. cap. sorba. virtus eius ē que restringit ventrem fortiter.

Secdo de alimentis cap. de sorbis. Sorba et nespila stipticant quidē abo: multo aut

ter magis sorbis nespila: propter hoc influenti vē

tri magis conferens edulium est: et palam quoniam

am talium omnium comedere parū conuenit: nō

ut ficum aut vuarum copiose: neq; enī ut alimē

to: sed ut medicinis ipsis indigemus magis.

viij. simplicium pharmacorum capitulo

de sorbis secundum translationem gre

cam. idria id est sorba: omnibus cognita est: terre

strem substantiam dominantem: et possidet mo

dico subtili participat ei mixto. Et dicit eodem li

bro capi. quod incipit Nys id est arbor sorbe cui

fructus vocatur a multis oya cū. y. littera. stiptica

pticipat q̄litate: s; debilioz nespilo multū: q̄circa

Strophus spo qđo conuersio ac tortura inter
sinetum n-ya amblicu.

Splen cōdūp lūm latine.

Splemnicus cōdūp hñs lūm qui ex lūm affinis.

et dulce est euz comeditur et minus nespilo: e ven-
tris constipatiuus.

Sordices pariet[is] balnei et alioz qd e.l.l.vasachi

Solbet.i.vna ex speciebus stimalli.

Solia.i.cor. **Soucaria.i.realgar.**

Sogos .i.congelatio.

Soleum calciamentoz qd e.l.l.galdacheb.

Soda.i.dolor uel lesio membra capitis.

Sordices semicupij balnei qd est.l.l.asatartar.

Sorogenetbenigi .i.fumus terre.

Sofa.i.herba de qua fit alcali.

Sobran .i.esula.

Soldago.i.iris illyriaca uel eius flos.

Cap.655.

Sordices spes sunt due secunduz
Dias.capi.sordices secunduz

translatione grecam.vna agrestis et spi-
nosa. altera apta est ad comedendum

ramulos angulosos habens et rufos: et inanes ab-
itus: et folia rara et scissa. virtus est ei stupida non

multu: unde stomachi estuationem et tumore co-
pescit cataplasmatibus adhibita. succus eius glutit

mosu stomachi tollit. lac mulierib[us] puocat. tumo-
res ani et matricis spargit. folia eius et radix cata-

plasmatis adhibita p[er]cussura stomachi mitigant.

Solidu e pondus ponderas. 3. iij. 5.

Solea piscis e et quidaz vermis longus satis mul-
tozum cubitoz in vetre hois nascens: qui nomiat

lubricus latine: que Hal. noiat i li. de tyriaca cap.

scdo dicat: et maximu etiam et amplu lumbicaz

generatum: totum cibum assupit de pascens: et

ppter hoc macerantem totum corpus mirabiliter

educit ab intestinis. i. tyriaca bec. similiter nomia-
tur in l. cameleobante auctori. Hal. et Damasce-

nus capi. mezereon nominant ipsos serpentes vi-
scerum: et alio nomine vocatur cingulum: pro cu-

ra ipsius. l. burnam.

Sothera. i. salus. **Sother. i. saluator.**

Sorogem .i. hermodactili.

Solsticiuz est a. xij. die iunij.

Soob. i. mutatio coloris que fit a sole vel a vento
in facie.

Scordo .i. allium uel taura.

Scorodum idem qd supra.

Scordion. i. allium agreste. l. l. quam supra.

Scordium idem quod supra.

Scorda prassu. i. allium copositum ex allio et por-
ro: p quo. l. l. quam supra.

Scotolidos .i. umbilicus ueneris.

Scorpio quid e. l. l. natrab.

Scolis .i. vermis.

Scordomarns. i. stendeclear: et est extensio brachi-
oru et totius corporis.

Scortensis. i. sulcotrini. **Scopus. i. signa.**

Scob .i. mutationes colorum.

Scopa regia herba sancti Iohannis pforata hype-
rico idem. l. l. infraricon.

Scolopendria. i. lingua. ceruina. l. l. secolafedion
est alia scolopendria venenosa habes folia sicut ce-
terac: sicut apparet in l. ap[er]non. Et est alia scolo-

pedria que no e herba s[ed] vermis qda: ut apparet
in littera dipteris.

Scolimbis .i. liringi.

Scorpion planta quid est. l. l. draganum.

Scorpio marin[us]. i. quida piscis uel qdaz aial p[er]
ctiois venenose notum degens i mari: qd nostro

ideomate vocatur doracena.

Scordari. i. asla munda: aliqui dicunt qd est alling.

Scotolic[us]. i. umbilic[us] ueneris. Sordio. i. scordeo.

Scotunum quid est. l. l. oulb.

Cap. 656.

Scorpiodes herba e scdm
Dias. folia et

seme h[ab]et similia caude scorpioidis: que
cataplasmatibus adhibita percussum

scorpij mitigat. **Hal.** viij. simp. pbar. Scor-

piodes calefacit in ter-
tio gra. siccit aut in secundo.

Scolapa est lignum qdlibet vel festuca quale in
pede uel albi infigitur.

Scothosis ul[ter] scotomia. i. subita tenebrositas vi-
sus non durabilis.

Scorpiozon. i. elitropiu. **Scoria. i. squama.**

Scoria argenti quid est. l. l. felch.

Scobes ferri. i. scoria ferri. Scorodi. i. sorbus.

Scotomatos .i. ferrum.

Scolim[us]. i. cardii siluestres: et e scolopias species.

Scolimora idem quod supra.

Scolifora idem qd supra.

Scolimas idem qd supra.

Scoria ferri. i. squama ferri: qua fabri ferrarij o for-
nacib[us] eiciunt globati. l. l. baid et l[et]az aerugo ferri.

Scoria eris quid est. l. l. boas.

Scobes ferri idem qd supra.

Scrofa. i. iuncta. inde scrofula apostema: qd non
oritur solum. na sicut scrofa raro facit vnus fetu: sic

illud apostema raro oritur solum.

Scropilia qd sunt. l. l. coniz: sunt nuclei pinee: inde
diastrobilion. i. de nucleis pinearum.

Cap. 657.

Scrofularia castrangula:
strangularia

id e. Paulus cap. de scrofularia herba
e h[ab]et folia tenuia et subtilia: que cum

flectuntur ut frangantur strident. Et ideo a multis
or[is] caulis stridulus. et radices sunt ei satis subtiles i

qbus adherent radices rotunde sicut anellane mu-
date et albe mittentes lac: que dicunt scrofula medica.

Scrapulus e pondus granoru. xx.

Sfogos. i. spogia.

Schoboz. i. altea.

Smodes. i. sicomori fruct. Spodilion. i. laureola

Spondilion .i. ostrea.

Spodilium retium. i. locus cathani. i. locus exteri-
or in directo cuius sunt renes.

Spongia marina quid est. l. l. affegi albach.

Spodion .i. cinis auri.

Spomium. i. cinis aqua maceratus.

Spogof. i. spogia maria. Spodiu qd e. l. l. abayfir

Sponfa solis .i. cicorea.

Spoliuz serpentis quid est. l. l. falchallbayleb.

Sphareolum ophakeu op[er] caries. et alij sim

ulcerumq[ue] p[er]ueto.

Spasmus notio: quod remissio in tempore

fit in vno aliquo membro.

Stratomata seata: uela. apostomata sublingua

unde et appellatio est strata.

gultus, Grate ex oris stomachi adferunt
et perinde ac ex pulmone h[ab]ent, et Stromatia a
singulis superuenientis, ipsum dissec-
tantes h[ab]ent, et h[ab]ent lib. 7 ad p. 13
noscitur is est que Grati aduocant dicunt

Suffusio.

Spona .i. vlcus fraudulentum.
 Spondogoi. i. lanugo que in rosa siluatica nasci solet.
 Spongo est fuligo illa que fuit pofiligos: anteq̃ caderet: et quid fit pofiligos lege. Labayfir.
 Stozack .i. gūma oliue.
 Stozachia idem qđ supra. illud vocabulum ponitur i viatico cap. de dentibus puridis.
 Storar quid est. l. melachac.
 Storbillidos .i. refina pibi vel cortex
 Stomachos. inde stomachus os ventris. hephola. v. m. m. d.
 Storar rubea .i. storax liquida.
 Storas. i. adeps: inde scoatema. i. apostema multa humorem continens ad instar adipis: vulgari nomine dicitur lupina.
 Stodie .i. pinguedo intestinozū
 Strobilia pefopmena. i. nucleī pinearum.
 Strobilia .i. pinea.
 Strobilos .i. cortex refine pini.
 Stualbe. i. spōsa solis. **Summen. i. sinonum.**
 Sufuries bemul .i. iris.
 Supergeminē est nomen generale accidentis.
 Suoribitū quid est. l. comarus.
 Sudur aliter futer. i. zucarum.
 Suffusio. i. cataracta. **Sulatiū. i. quasi scabies.**
 Sutuchā .i. seperuma.
 Surumē. i. hermodactilus venenosus: lege. l. surmanum.
 Superciliū veneris. i. ambrosia uel millefolium.
 Suleich. .i. sulach.
 Suma qđ est. l. fen. **Sulter. i. scotatum.**
 Susuber. i. serpillum. **Subeth. i. lapis adamas.**
 Sumibon. i. quedam species apij: et est manus domesticus habens crus cōcauū ad albedinē declinē.
 Succini. i. karabe. **Sucandū. i. tucia.**
 Succudus .i. refidentia tucie.
 Subet. i. quando hō graniter dormit cum oculis apertis.
 Subeth achari. i. dormitionem vigilantium. l. l. subeth sachari: et est idem quod supra.
 Surab. et est nomen cibarij: et est rasanata.
 Surabes .i. idem quod supra.

Cap. 658.

Amach Sera.

la. ara. adiutor vel bario: gre. riskiū lib. aggre. cap. sumach ancto. Dias. est. planta nascēs i locis saxosis habēs folia lōga. et bz ramos altos et fructum i racemis: quoz color vergit ad rube dinē sanguinis. et grana sunt i racemis i magnitudinē granorum lentisci et aliquantulū lata. et iungmentum eius ē i cortice granorū. Et idem auctori. Gal. melius qđ est in tota arbore est cortex grani eius: et succus eius qñ existit in eo sapor stipicus. et virtus eius ē que infrigidat in secundo: et desiccatur in **Bal.** viij. simp. phar. cap. de sumach se tertio. cundum translationem grecam: qđ incipit riskitini. i. sumach fructuosa plantarū stipicat et siccatur. vnde et sardones ad stipicandū et siccandū coria vtuntur hac planta: et ppter ea no

minatur vis obepfica. i. coriorum aptatuna. Meli? autem fructus eius maxime et succus ad vtilitatē veniant sufficientis auferre existentes qualitatē. Concordat at et totus qui secundū partē vsus sc sui et secundū gustum. erit igitur et hoc pharma cum siccatum quidem in tertio gradu: ifrigidatum autem ex secundo.

Suppurare. i. maturare. **Sucuturi. i. sepuina.**
 Suffuset. i. pulueres qui sumuntur per se.
 Suffuf .i. idem qđ supra.
 Sumachia .i. sumach.
 Surafiron. i. apium cāpestre: et apium persicū.
 Sulfurata est species trifolij: vt apparet in littera andachuca.
 Sura ē grossa carnositas tibie.
 Sulenti sulemilet sūt ossa ex quibus componuntur digiti.
 Succinus est aīal quoddā: et est mus contrarius napello: et destruit oparationem eius cū comedit ex ipso. l. napellus.
 Sulien .i. species apis.
 Sumen .i. omentū vel zirbus.
 Sumebucha .i. spine spondilis.
 Suabic. i. pulles de granato mūdato et fracto.
 Susimū .i. oleum de lilio.
 Sulla. i. artēica: vel fm quosdam est herba dulcis fina et placida equis qua calabres ipignat equos
 Succabegi. i. quoddā genus pulmenti acetosi: qđ fit ex carne cocta cum aqua: cui miscetur acetum et crocus.
 Sumabin .i. manna confecta.
 Sumen .i. locus supra pectinē.
 Subeteni .i. facientium subet.
 Sulac ē egritudo cū qua cadūt pili palpebre euz duricie.
 Sulatum .i. quasi scabies.
 Sucucebim. i. semperuina. **Sual. i. sulla.**
 Sulemet sūt ossa ex quibus cōponuntur digiti.
 Sudor quid est. l. barach.
 Surcinū .i. canlis agrestis.
 Surigē .i. hermodactilus.
 Sumurion .i. apium siluestre.
 Suricon ē fex plūbi p? exitum ceruse: et est cerusa vsta: et ē rubea. verum q? Mesue facit aliam confectionē suricon: vt apparet i littera suricon: i qua de isto vocabulo cōplete tractatur.
 Sumachia. i. sapor factus ex sumach.
 Sucagena ē quoddā electuarium cordis cōfortatiuū: qđ nominatur in viatico cap. de cardiaca.
 Suticion. i. testiculus vulpis: et est satyrion.
 Suctinacium vinum .i. fulnum.
 Superpsasma .i. conglucinatorium.
 Subaltartaz. i. cōpositaz. **Sudion. i. passer auis.**
 Susana. i. liliū. **Subreptiapor. i. vinales.**
 Susinū. i. liliū vel eius flos. **Sues. i. porcus.**
 Subel. i. spica. **Suanum. i. electrum.**
 Suctus .i. succus.
 Sumenet .i. obolus.
 Suffio .i. tibappirum.
 Sugia .i. cozzūm.

Stranguria spa. i. xpo ja urina pūmida.

Struma tumor p? gutturis

Supra affa quid est. l. l. basir.
 Sumbul .i. spica.
 Subedigi. i. smeregi cum quo alij lapides perforantur.
 Sumach .i. macer.
 Suel .i. stella.
 Sust .i. piper.
 Sumerie .i. pastinaca.
 Supoferreo .i. plumbum minutū uel antimoniu.
 Sulfur quid est. l. l. cibur.
 Sufati. i. caro mollis eteniens i iterioi parte palpebre: a qua nō cessat fluere sanguis niger et uiridis
 Sumasia .i. sumach.
 Succus liquiricie qualiter fit et quid ē. l. l. ligricia
 Sumuse .i. marubium.
 Sulen .i. medicina romana.
 Succaron est quoddam genus piscis.
 Sulfurata herba est sicut trifolium habens odorem sulfuris.
 Subeb. i. radix que est ut ignis stans in aere et apparet ut stella cadens.
 Sumekeit sunt quidam parui pisces cumel marinum.
 Suraba .i. suchaa.
 Subet sachari. i. quādo subeticus stat oculis apertis: et non uidet qz dormit stupidus.
 Suarturi .i. semperuina.
 Suramion. i. apium campestre: et dicitur persicu: et est agreste.
 Suculugi. i. cibus ex aceto et croco.
 Sulatum. i. quasi scabies i coopertura oculi.
 Sicurion .i. testiculus muris.
 Suraab .i. rubea.
 Suen. i. herba vnius palmi vel parum plus saporem habens salum cum acetositate: et similat vermiculari: et utuntur ea tinctores in abluendo.
 Sucaminum .i. aproficus.
 Sufem .i. frenesis.
 Sulbem .i. sene.
 Subel .i. stella magni capitis.
 Sue .i. gallia muscata.
 Subeth .i. piscis.
 Sutubegi .i. acetosum et grossum.
 Suchos fit qñ mouetur aliquis in vñ locum.
 Suctutriton .i. testiculi muris.
 Sumic .i. nigella.
 Sufse .i. isopus.
 Sumen pinguedo pectinis vel pecten.
 Sucocarus .i. ficum.
 Sulmiti. i. cecitas visus de nocte.
 Suricun .i. sericon.
 Sucutim .i. semperuina.
 Suchaa quid est. l. l. camelo bombante.

Saccaram arab. gre. conisa vel tenela uel conum: latie vero cicuta. Paulus cap. de cicuta. est planta cuius semen frigiditate sua est interimens: sed vino puro et cali. eius nocumeto subuenitur.

Sera. lib. aggre. cap. succaraz vñ coniza que. Dial. ē planta habens stipitem concauum: i quo sunt multi nodi sicut nodi feniculi: et ē multum maior feniculo. et h3 folia similia folijs ferule habentia grauem odorem. et super stipite ei² est corona in qua sūt flores albi. et est semen simile semini anisi: nisi qz est albus. et h3 radicez nō multum infixam terre: que est frigida ualde: et bec radix occidit sua frigiditate. sed si bibatur vinuz purū ea remediatur nocumeto eius. et accipit corona huius plante cū toto semine anteqz deficcetur: et terit et exprimit succus: et siccatur in sole: et administrat i collyris que fiunt ad sedandos dolores oculorum: et est optimum i hoc. et qñ sit emplastrū cū eo sedat caliditatem et herispillam et fornicam. Et qñ terit bec planta cum suo semine aut cum folijs et sit emplastrum cū ea super testiculos abscedit pollutionem et gomozeam. et si fiat emplastrum cum ea super virgam: probibet erectionez. Et qñ emplastratur cum ea mamille mulierū probibet ab eis lac. Et qñ ponitur super testiculos pueroz: non finit eos augeri. Et quando ponitur super mammillas puellarum: non permittit eas magnificari. Melior autē ex hac planta est illa que nascitur in crete insula et i **S**al. viij. sim. pharma. cap. chios et in atica. **S**al. comum fm translatio nē grecam. Comum. i. cicuta: qñ summe ē infrigidatue virtutis omnes sciunt. Plin. conisa. i. cicuta que oibus nota est: cuius folia vipras et serpentes effugant: est frigida frigiditate mortali. Suramum. i. bermodacilus venenosus: qd vocat Dial. colircon.

Surabem .i. testa.
 Sucrudium .i. allium agreste.

Sera. Cap. 660. arabice: gre. et lati. gallia muscata. lib. aggre. cap. such. quādo accipitur ramich et adium qitur ei muscus cum alijs speciebus fit optima gallia: sicut apparet etiam in littera ramich. et licet h3 alios plures sint modi confectionis gallicille tamē ad vomitus constrictionem qui accidit propter humiditatem est efficacior. Et idez aucto. Alben me suay est stiptica: nam constringit uomitum qui accidit propter humiditatem. Et idem auct. Ra. est ea. et sic. in secundo gra. et est composita ex virtutibus contrarijs. s. stipticitate et cali. que acquirif a musco et spe **Sera.** cōfert vomitui et nanciebus. Et idem. **Sera.** see que accidunt propter humiditatem: et retinet ventrem. et confortat stomachum et epar. Et sunt eius species quattuor. s. gallia muscata: et gallia ventrium: et gallia corij: et gallia aque. Et operatio gallie muscate est qz accipias de meliozi ramich et tere et cribra cum cribro pili mediocri i raritate et spissitudine: et confice malaxando bene: et misce cum eo parum olei de cheiri vel sisamini: et oleum de cheiri est meli²: et dimicte sic nocte vna in vase suo: et mane accipe de musco meliozi et tere et cribra: et accipe qñtum

vis ex eo : et misce etiam cum ramich trito et postea malaxa manibus bñ: sicut malaxeretur pasta: et in forma troiscos ex eo i forma ossium dactilorum: aut maiores si vis: et unge manum tuā sepe cum aliquo oleo: ne adhereat mñibus: et dimitte super cribrum de pilo duobus vel tribus diebus: donec restringatur: post hoc perfora eas cuz pforatorio ferro: et fige in eis filum ex cânapo: qd nō sit subtile neq; nimis grossum: et pone itra vnūquēq; troiscum frustum ligni: ne se contangāt: et suspende eos donec supervenerit eis estas et vtere. Et gallia q̄to magis morabitur et veterascit est magis odorifera et fortioris virtutis et melioris operationis. Et ista ē melior alijs sp̄ibus qua aliqñ oportet vii et miscetur ei sp̄s cū musco et scōz eoz admixtio nem erit amplior caliditas: propter hec omisi narrare alios modos: l3 plures iueniātur et secunduz Mesue et scōm Gal. vnde gallia carionum ē que fit cum corijs marsupiorum: quibus sit muscus: et gallia illa fit qñ ponunt marsupia illa in aqua cuz qua preparat et conficitur ramich. Et gallia nentrium ē qñ iciduntur minutissime vētres marsupioz predictoz: et ponuntur cum ramich. Such alerethe. i. gallia magna vel regalis que ponitur in antidotario in. v. Anic.

Sulach ara. gre. bar. la. vero rub. et sulach ē quedā egritudo que ponitur i littera cochaz. lib. aggreg. ca. sulach siue sulcith auct. **Bera.** Gal. i. rubus oibus ē notus. folia ei et summitates recentes sunt cōposita in substantia sua ex substantia terrea frigida et aquea tepida. et sapor eius ē stipticus. et virtus eius ifrigidat et desiccant. et secunda cōglutinat. et decoctio eius tingit capil. **Gal.** vi. simp. phar. cap. batus scōm traslationem grecā batus vel rubus folia quidē et cime necnon flos et fructus stiptica precipant qualitate manifeste: in hac tñ adinuicez differunt. Nam folia quidē et p̄sertim mollia et noua plurimum p̄cipantia aquositate modicuz sūt stiptica scōm eā rōnez et summitates. vnde masticata curant alcola et cetera que i ore vlcera sanant: et alia vulnera solidare pōt. est. n. eoz complexio ex terrestri et frigida substantia et aquosa tepida. fructus vero qñ sit maturus: princeps est moderate caliditatis: saporis cuz sit vt ostēdimus dulcis: quare p̄pter hoc necnō p̄pter moderatam stipticitatē comestibilis nō est molestus. Immaturs autē a frigida terrestri supas substantia: et iō stipticus ē et siccatius fortit. et vsq; desiccant: et reponit desiccatione existens recente. sed et flos eiusdem ē virtutis cum fructu ad dysenterias: ventris quoq; fluxus necnon ad sputum sanguinis idoneuz pharmacū. Radix autē cum eo q stipticat et non paucā subtiliū partiu substantia p̄cipat: quāobre et lapides qui sūt i reni **Bera.** auc. Dial. virtus eius est vna frangit. que curat alcola: et vlcera oris qñ masticat: et curat alia vulnera. et decoctio eius tigit capillos. sed sapor eius fructus est

dulcis. et ē humidus et ca. et imaturus est frigidus terreus: et sapor eius ē puncticus: et desiccant desiccatione forti. sed flozis eius ē sicut virtus fructus. et cōfert vlceribus itestinoz et fluxui vētris et debilitati itestinoz et ani. sed radices eius ē substantia subtilis. et sapor ei ē stipticus: et iō frāgit lapidē renū. et qñ sit eplastrū cū folijs ei curat vlcera hu. capiti. S3 rubus canis q grece dīr cinosbat: nocet decoctio eius fructus cāne pulmōis. et strigit fluxū mēstruoz. et radix eius ē calidior ipso: de qua si fiat emplastrum extrahit spinas et alia ifixa corpori. et qñ fit emplastrū cū folijs suis recentibus phibet apostemata. Et idē anc. Gal. fructus huius plante ē stipticus stipticitate forti. Et folia eius hñt stipticitatē paucā. et oportet q; caueatur ab eo qd itra fructus est simile bombicino: q; nocet multū cāne pulmōis. hanc speciem **Dias.** cap. Batus. Bat iuenies si. l. l. Set. est oibus notus. virtus ē illi stiptica et serātica. elixatura eius capillos ificit. ventrem abstinet. fluxum matricis mulierum strigit. morib⁹ venenatis occurrat. tutas gingivas a putredie seruat. tumores oris cōpescit: maxime si folia ei cum aceto masticata fuerit herbetes mū dant. acotas capitis purgāt. tumores oculoz et cōdilatata soluit. emoroidibus subuenit supposita stomachis iposita medicatur. cardiacis opitula. succus huius herbe et astarū sole siccatus oia facere nonit. succus ei⁹ seminis maturi oib⁹ caus oris vtiliter adhibetur. ventrem abstinet comestis. sed non maturus flos eius cū vino bibi cilia: is et dysentericis prodest. flos eius albus est et caniculari ortu vigens. ipse quoq; potui datus cū vino humoris fluore cohibet. illinitus cū melle oculoz limpiditudo medetur: atq; igni acro. huius ergo folia et flores et mora leuiter strigunt. vnde ad vneam et fauces pp̄rie videntur facere: quīs omne p̄sum idonee strigāt. folia eius et cime masticata alcola et alia vlcera curāt i ore et plagas glucināt. mora eius matura hñt i se mediocriter calorem: imatura vero sunt frigida et terrestrē retinēt i se substantia: vnde nimis desiccāt. Item puluis ex eo factus sicut et de flore eius plus desiccant recentioribus. facit nāq; ad dysentericos et ad omne rheuma ventris et ad defecationem sanguinem expūctibus hic puluis datus vtilissimum medicamen est. Radix autē eius stiptica et leptomeris ē: et ideo nefreticis data lapides rūpit. Sp̄s bati sunt due: vna cōis: q dicta est que oibus nota est. Altera que appellatur idea siue cinosbatus: que ē rubositat⁹ maioris supradicte: et est virtutis constrictiue. ei⁹ nāq; mollia germina siue thyrsi contusa et exp̄ssa succuz dimittunt: qui sub sole relicti coquuntur vsq; ad grossiez mellis: et datur ad ea que supra: succus ei⁹ cū vino et melle suprapositus superioribus prodest mora cum vino sūpta sapientiam nutrit: vt ab antiquis dīr. leges eam mense iunij et iulij. cum melle et pane cōtrita apata mirifice rumpit. lege de ista specie batus i littera Set.

Scurria. i. ablatio vinationis.

Scura

.i. lacerta.

D

Scuca
Scupio ferrameo
Scuteram
Scrulpus est. xx. granorum pondus.
Sgufera. i. ab. otanū. Spumos. i. stringul^o auis.
Spuma nieri quid est. l. l. baurach.
Spurium vinū. i. aquatum quasi spurium.
Sputum quid est. l. l. busach.
Spuma maris quid est. l. l. zebus albach.
Spuma argenti
Squinatum quid est. l. l. adeber.
Squinum quid est. l. l. quam supra.
Squama ferri quid est. l. l. erugo ferri.
Squilla quid est. l. l. baurifel.
Squigibilis. i. vinū squillitici. hoc vocabulum po
nitur i littera cusa r i littera haid.
Stupion. i. passer auis. **Scupio**. i. stagnū.
Stupor ē qñ hō dormit stupidus ita q cū magna
difficultate excitat.

i. suchaa.
i. petra argenti.
i. fumus terre.

oma morbi est
s. d. fumum
morbo sup. morbi.

Cap. 66z.

S Turagen vel surumē ara.
gre. achimiron
colyticon: latū. vero hermodactil^o.
lib. aggre. cap. turagen auc. Dias. stu
ragen siue turagen. i. hermodactilus
est herba que florescit i fine autūni. r est eius flos
albus similis i figura sua flozi croci. deide emittit
folia similia folijs bulbi: quibus est bu. adheres
manui. r bz stipitem in lōgitudine vni^o palmi por
rectū: cuius color est albus declinans ad nigredi
nē. r bz radicem cuius color ē niger ad rubedinez
declinās. sed qñ aufertur cortex: apparet radix in
terius alba mollis dulcis saporis r plena humidi
tate: que grece vocat colyticon: vt apparet in pro
pria littera. Est aut radix ipsa rotūda similis cepe
bulbi. r radix ipsa bz in medio sui scissurā ex qua
egreditur stipes super quem est flos. multum nascit
i loco qui dīr charin: r i terris que dicūt guagua.
r hec radix r alia si comedit occidit strāgulando
sicut fungi. est enim comedentibus remedium lac
boni **Dias**. cap. de achimiron. dicit q est li
num siluestre: r est interficiēs.

Et **Sera** anc. Sal. est alia que est alba itus
idē **Sera** r extra: r ista est melior: r bz virtu
tem laxatiuam: r similiter aqua in qua bulierit:
verum malus est stomacho. r confert doloribus
iūcturā r podagre. Exhibēdus est būtibz iun
cturas molles r nimis humidās. Idem auc. mesa
rugie. albus est bonus: sed rubeus occidit nō quia
nimis frigidus: ita q narcouset. qz si hoc esset non
esset laxatiuus. Alben mesuai. rubeus occidit: s; al
b^o desiccāt vlcera antiqua: r confert variolis. Da
bix r melior ex eo est qui est exterius r iterius al
bus. r qñ frangit est fractio eius facilis r non du
ra. niger vero r rubeus. sunt abo iterficiētes.
Jo. mes hermodactil^o ē radix herbe mō
tane: r eius alius longus sicut di
gims: alius rotūdus: sed melior est rotūdus. et e
ius alius albus: alius rubeus: alius niger. sed meli
or ex his est qui ē albus vere albedinis intus r ex

tra: r qui est grossus r duricie mediocris: alit aut
facti mali sūt. Pau. cap. de hermodactilis. hermo
dactili ca. sunt r sic. i. principio secūdi gradus. her
ba ē: r circa radices eius tuberositates inueniunt^r
que colligi debēt r vsui referuari. i. estate colligū
tur r referuatur: per annū vñū seruari pñt. sūt aut
eligendi qui sūt albi r solidi. bz aut virtutem disso
lutiuam: consūptiuam: atractiuā. purgant aut prin
cipaliter pblegma. cōtra arteticam et podagram
chiragrā r iliacam passionēz r morbos ex pbleg
mate non exñte se. valet bñdicta acuta ex hermo
dactilis geraldogodion: teodozicon: anacardīa. Rō
tra sciaticam: podagram: r chiragraz succus seni
culi cū melle decoquatur: r cum tali melle dentur
3. ij. hermodactilorum r 3. i. seminis feniculi: et fi
at electuarium quod more benedictē pōt sumi. Et
nota q i dosi debent poni. 3. ij. vel. ij. hermodac
tili. Contra iliacam passionēz fiat decoctio mellis
addita aqua ne exuratur: r ne mel creat: r ex illo
melle additis. 3. ij. hermodactili r cinamomi de
pulis hermodactili. superfluam carnē corrodit.
pulis ē^o conficiat cum sapone gallico: r liciniuz
intinctū fistulis. iponat etiā puluis ē^o cretico: con
ficiatur cū aliqua medicina cerebrum confortāte
r stuellum de bombace intinctū naribus imittit:
cerebrū confortat. **Jo. mes** cit pblegma
r polipum corrodit. grossū r a iūcturis pprie. r est medicīa magna ar
terice r podagre sūptus r cathaplasmatiz: r pprie
cum farina ordeī r vitellis ouoz aut mica panis
piguīs r vitellis ouī. r vsus eius impiguat corp^o: r
augmentū efficit in spermate. r est medicīa bona
vulneribus. abstringit. n. sordes eoz: r cōsumit car
nes putridas in eis. Dosis eius ē ab aureo. i. vsqz
ad duos. Conseruat aut per annos tres.
Strutium i. condes.
Strution idē qō supra.
Struma. i. emoroida inflata vel ceca: que nihil sū
guinis emittit.

Sequitur de. T.

T Albarzet. i. album qō fit in illa re
gione sic nominata.
Talles. i. gallia.
Taberzeta. i. smiraldus.
Taxobolus. i. artemisia.
Talk. i. stella terre: r sunt scalole
Incide terre coloris nitri: inueniuntur i isula cypri:
r vocatur lutum samium.
Tallus idem qō supra.
Tagates. i. artemisia. **Talaso**. i. herba faseoli.
Tacula qd est. l. l. laier almanam.
Taos. i. pauones.
Tarasis. i. conturbatio de fumo.
Talmion. i. oculus: inde butalmion r ophthalmia.
Tarugilos. i. plantago. **Taurion**. i. cecidonia.
Tanagin. i. titimallus. **Tachir**. i. papaner.
Tancellum. i. umbilicus veneris.

s ouksoo finis. Siue Narissa. Proterea palpebrarum
operio.

Taseron. i. quattuor res. *Tabbanis*. i. grassiones.
Tartarum quid est. l. l. barim.
Tabele b. i. lenticula aque.
Tachemera puto q. e. quidā musculus coxe.
Taum. i. exitura que fit i. carnibus laxis et subasfel
 lis et post aures et ignib. et ex greco corrupto.
Taram. i. anis i. palato hñs dentes.
Taguid idem qd supra.
Tar achisa. i. piscibus salitis vel ouis pisciū siccis
Tanagat i. scula.
Tarsalfi. i. puncta que post ophthalmiam in oculo
 remanent.
Tassert idē qd supra. *Taras*. i. surditas.
Tabos. i. marasim. et est tertia spēs ethice: que est
 ethica senectutis: vel tabes. i. corruptio vel putrefa
 ctio: vt inuenies in littera cedrus.
Tamariscus quid est. l. l. cusa.
Tasa idem qd supra.
Talon interpretatur ram. idē diatalon. i. de ramis
 et talea vt in paladio.
Tanebila nascas i. scoris eris.
Tarichiti i. hypoquistidos.
Tarachit idem quod supra.
Tarozaro lentiscus idē qd supra.
Tagedis sunt spēs q. cibis p. cōdimēto admiscēt
Tanā. i. bonū malānum. *Talus*. i. cauilla.
Tagomus. i. pediculus vulturis. l. l. pediculus.

Capi. 663.

T *Tasfia* vel tasfia gre. arab. iātin:
 la. vero ferula siluestris
 v. l. tap. *Bera* lib. aggreg. ca. i. tapfia
 fia. anc. *Dia*. i. tapfia est
 iātin siue tantuz. et est planta hñs stipitem similem
 ferule. et h3 folia similia folijs maratri: et ramos
 subtiles: i. quoz summatibus sūt corone similes co
 rone aneti. et h3 florem album ad citrinitatē deci
 nantem: et semē latuz simile semini plante: que dñ
 karicas: nisi q. est minus eo. et h3 radicē albam
 grossā multoz corticū: acuti saporis: ex qua herba
 colligitur lachrymus i. hunc modū: foditur terra
 circa ipsā: et abscinditur cortex eius: et cooperitur
 fonea vt mane lachrym. mūdus iueniatur: nām
 sequēti die humiditas illa coadunata iuxta radicē
 colligitur et reponitur. virtus eius ē cali. caliditate
 forū cum humiditate. *Tapsia* scōm *Dia*. cap. de
 tapsia secundū translationem grecam dicta est eo
 q. pūmo in tapso insula inuenta est. frutex est simi
 lis ferule: folia similia maratro hñs: et bastas tenu
 es: i. quibus singula capitella sunt sicut anetū. flos
 ē illi mellinus: et semen latū simile ferule s3 min.
 radix est illi alba et grossa et coriuz grossū hñs: et
 viscida i. odore que exsuccatur sic: fossā i. tra libe
 ra fac: radicem i. vno loco cauans que canata fer
 ro tangatur: et sectiones ille cū humorē miserit: la
 chryma incanatur: illa colligatur quā illa die col
 liges. Radix ē cū corio suo in pila cōditur et i. va
 se fictili siccatur: et succus qui exprimitur i. sole po
 nitur. multi vero et radices et folia exsuccāt: s3 talis
 succus inutilis est. eo ve. o tpe quo colliges succum
 noli co. tra ventum stare: qm̄ tumesceret faciem

et manus: qd si caure volueris cerotis stipicia fa
 ciem et manū ante iunge. virtus est ei cataracta et
 calida. Corium radices ipsius et succus et lachry
 mus i. mulla accepta superius et inferius humorē
 purgat. Radices vero quattuor oboli accipiuntur
 et cū anisi. 3. iij. dantur. succi vero ei. duo oboli ac
 ciuntur: ex lachrymo vnus obolus accipit: nam
 plus acceptus ifert necem: purgatio hec dolorem
 lateris mitigat. asmaticis medetur. Auxiliatur eti
 am his qui putridū sputum hñt. est aut danda po
 tio escis admixta aut cocturis. ē aut metasincreti
 ca. Radix eius et lachrymus tantā hñt caliditatem
 vt nullā hēant cōparationez. vnde capiti superun
 ctus succ. eius allopecias emēdat. liuores deter
 git. succus ei. addito libanotido et cera equali pō
 dere oīa pōt facere. i. quolibet loco positus ampli
 us q. duab. hñs esse non d3: sed ante et post loca
 ca. aq. fouēda sūt. lēngines mūdāt. lepras lipidat.
 pustulas purgat. maxime sulfure mixto vetes do
 lores lateris aut pulmonis curat. arteticis et poda
 gricis maximum fert auxilium. Et trahit o. profū
 do humores violenter: et sic diaforesim facit.

Sal. vi. sim. phar. cap. de tapsia scōm trāsla
 tionem grecam. tapsia siue ferula silue
 stris acris virtutis ē: et vehemēter calefactine cuz
 humiditate. attrahit ergo sūdus violēter: ipsa ē
 attracta cōsumit. operat aut hec multo tpe: eo q.
 abundāter plena est superflua humiditate: ppter
 quā et cito corūpitur. Isaac i. viatico cap. de mor
 phea. Unguētū morphee oīs color: reape tāpsie
 conditū sinapis seminis nigelle radices pyretri ru
 be ana. 3. i. costi colloquitur de ellebozi nigri radices
 capparoz rute alluminis stasixagrie niri ana. 3.
 5. euforby scamonee salis armoniaci sādace ana
 grana. xiiij. hoz puluerem tempera cum aceto: et
 iungatur.

Tabastrem nomen est regionis.
Talim. i. struzzo masculus. *Taburos*. i. lipparia.
Talassir. i. nux muscata vel arbor macis.
Talassafir idem qd supra.
Talissafar idē qd supra. *Taliscar* idē qd supra.
Talasmomel i. mel cum aqua.
Taurocollē qd ē. l. l. glucten. *Tates*. i. artemisia
Tabarzet quid est. l. l. sinaraldus.
Talassa. i. quadus: et est herba cū q. tigit blanctū.
Tacedenste. i. pyretrum. *Tarfa*. i. tamariscus.
Tamarix. i. bucca erecta: et est tamariscus.
Tatimeo. i. ebulus. *Tacula* qd ē. l. l. laier almanā.
Taio. i. asinus. *Talmos*. i. oculus.
Tascatas lamaidez. i. testa subtilis: qua aurifices
 vtuntur in purgando aurum.
Tabet i. costus.
Tara. i. grana viridia habens et dura.
Taseada et est duplex: vna que est alba: alia viri
 dia. alba est que fit ex sola aqua et carne. viridis q.
 ex aqua fit et carne et alijs.
Tapsilis cibus est qui fit ex lentibus.
Tagip. i. anis que h3 in palato dentes: et quidam
 dicunt q. est vultur.
Taguro idem qd supra.

Tanagar. i. lactarolus: et est scrofularia.
 Taragi. i. auis minuta Tarad. i. radix rubee.
 Tabim i. ebulus.
 Taxis. i. terra barbarorum hñs siccitatem.
 Taracon est dicozea vel endiua.
 Taraxa idem quod supra.
 Tamariscus masculus idem ē qđ cypressus.
 Tactarium i. capistrum auri.
 Taraxaten i. endiua.
 Tagander i. pyretum.
 Tabasir i. spodium.
 Tamar sūt oēs dactili imaturi vñ palma dactili.
 Taur i. taurus.
 Tarcon i. saturagia.
 Tarcen idē qđ supra.
 Talea i. caput palme.
 Tarachisa. i. pisces saliti vel ona pisciū salita.
 Tanasgi i. pondus vnius tertie.
 Tanageta i. tanacetū.
 Tabe est quoddam medicamentū induz satis stip-
 ticum.
 Tarifilon i. filius ante patrem.
 Talippeos. i. semen quoddā acre virtutis: quod
 intrinsecus apostema in potōe datuz rumpit quo
 caremus.
 Tarmezit i. tamariscus.
 Tamub i. xilocaracta.
 Tassas barbassus quid ē lege stomos.
 Tabelcen locus quidā est.
 Tanaceti. i. tanasia. l. l. arthemisia.
 Tanasia idem qđ supra: et ambe sunt secunde spe-
 cies artemisie.
 Tabes. i. marasmus: et esthica cōfirmata.
 Tagantes i. artemisia.
 Taliunac i. amidum.
 Talabeb i. gabaleb.
 Tarenus ponderat grana. xx.
 Tharchemeter. i. quidam masculus coxe.
 Taraline i. feniculus.
 Tafariis i. pediculus vulturis
 Takui i. romanus.
 Taurum. i. pulvis corticis quercus.

Q **Tap** scđm Dias. cap. de tap
 so. arbor est similis pal-
 me folijs et altitudine. nascitur in italia
 et i campania et i hispania. In italia ve-
 ro eius semine galline impignatur. vnde si homo
 gustauerit solutionem ventris patitur. tapus ve-
 ro qui nascitur in calabria tantam vim hz vt quis
 quis sub ea dormierit aut sederit: statim periculus
 sustineat vite: nam ibi se necant transeñtes viam.
 Talippeos quoddam semen est scđm Dias. capi.
 talippeos nobis ignotum: qđ eo caremus.
 Tarax. i. surditas. est autē guacte cū pars itriseca
 samach creata sit: i qua non cōsistit cōcanitas in
 triseca: que est sicut vica cōprehendēs aerem qui
 est qui audit vocef sub vñdositate. tarax vero gua-
 cte sunt vt non per eas nocuentū sequatur priua-
 tionis sensus. et guacte est sicut destructio commu-

nicana soliditati et non sic illi concanitas: sed ner-
 uis non aufert virtutē sensus. tarax est sicut vñmi-
 nutio absqđ destructione: aut secundū conuersio-
 nem in significatione dubella: et est apostema.

Tarfati i. macula rubia.
 Tachie i. ebulus.
 Tauguelbel. i. oēs spēs que in cibarijs ponuntur
 vt piper cinamomum et cetera.
 Tagadeum. i. pyretum.

Q **Tarmus** arabi. vel tarmos: la-
 tine lupinus.

Sera lib. aggrega. cap. tarmus
 auc. Dias. Tarmus. i. lupi-
 nus. sunt ex lupinis quidā qui dicuntur regales: et
 sunt siluestres quoz folia sunt albidiora domesti-
 cis. et quidā sūt domestici: et domestici comedunt
 post eoz elixationē: et infundit i aqua plurib⁹ die-
 bus: donec recedat amaritudo: et generant hñores
 gros. vi. simp. phar. cap. de lupino scđm
 los.

Sal translationem grecam: Tarm. i.
 lupinus: comedunt quidē decoctus: et multis die-
 bus deponens amaritudinē i aqua: fitqđ cib⁹ gros
 forū hñnoz. ut pharmacum vero hic talis ex em-
 plasticis est qui non hz amaritudinē: et est abstergi-
 uis et diaforeticus. necat et lumbricos supplasma-
 tus. vel si quis ipsū bibat cum melle: vel bibat cum
 oxizaccara: sine etiā ipsius decoctio nata est lum-
 bricos educere: immo et superflua deforis conue-
 nit morpheis et scabiei et cācrenis et malignis vlce-
 ribus: hoc quidē abstergendo illa uero consumen-
 do sine mordicatione deficcando expurgat. et ape-
 rit opilationes epatis et splenis si bibatur cum ruta
 et pipere. attrahit taz menstrua qđ embziones cum
 mirrba et melle ipositus. Est autē i ipsius farina
 imordaciter diaforetica. nō. n. liuida solum s; scro-
 fulas et simata dura sanat. tñc. n. oportet eos i ace-
 to coquere vel oximelle vel oxizaccara iuxta com-
 plexiones patientium: necnon passionis differenti-
 am cogitantes illud quod oportet. non ē autē pre-
 sentis negotij distinguere talia. diafozat enim et li-
 uida et cetera oia que prius dicta sunt decoctio. ip-
 sa etiā farina nata est facere. tarmus agrios vel
 lupinus siluestris amarior: et validior in omnibus
 domestico est: ei similis existens secunduz genus.
 Et idem secundū translationem arab. virtus eius
 prima est que deficcet sine mordicatione. et secun-
 da abstringit et resoluit et madefacit et aperit. et ter-
 tia occidit lumbricos qñ fit ex eis emplastrum ex-
 terius. et qñ comeduntur melle aut bibuntur cum
 vino admixta aqua et farina lupinoz: resoluit si-
 ne mordicatione. et curant liuores et apostemata et
 scrofulas qñ coquuntur cum aceto et melle. et qñ
 fit emplastrum cum eis sciaticæ confert. et confert
 empetigini et vlcibus capitis et scabiei et bothor
 et vlcibus fraudulentis. et qñ bibitur cum ruta et
 pipere aperit opilationes epatis et splenis. et puo-
 cat menstrua. et nascale ex eis cū melle et mirrba
 expellit fetum: et farina eozum facit hoc. lupin⁹ sil-
 uestris vel regalis ualet ad ea qđ dicta sunt.

Q **Alum** **Sera** ^{Cap. 666.}
 arabi. gre. scordeū sine scor
 deon: latine allium.
 lib. aggreg. cap. tamm aucto.

Dial. est ex eo domesticus
 et agreste. et est quoddam ex eo quod reperitur in baby
 lonia: quod non est diuisum in dentibus: et vocatur porri
 num. Idem auc. Gal. et virtus domestici est ea. et sic. in
 tertio gradu. sed agrestis sapor est compositus: nam in eo
 est amaritudo et acuitas et stipticitas et punctio. acui
 tas eius similis est acuitati allij domestici: et istud est
 scordeon: et est fortius domesticum. Est aliud quod vo
 cant porrinum. et virtus eius est sicut allij et porri.
 et est huius folia similia folijs porri: nisi quod sunt stricti
 ora. et huius stiptem longitudine vnius brachij et pl.
 super quem est flos albus. et virtus eius est sicut allij
 domestici: nisi quod est plus calefactiuum. Et idem au
